




Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
196 O 38





Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
196 O 38




Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
196 O 38



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
196 O 38

Polyg. 22.

ms. 116



Jouis De la Saulx Art. & Acad. Doct.
NOBILISS. VIRGINIS

ANNÆ MARIÆ

A SCHVRMAN

DISSERTATIO,

DE

Ingenii Muliebris ad Doctrinam, &
meliores Litteras aptitudine.

Accedunt

QVÆDAM EPISTOLÆ,
ejusdem Argumenti.




LVGD. BATAVOR.

Ex Officina Elseviriana.

clōlōc xli.

*Koninklijke
Bibliotheek
te's Hage.*





Genere, & Ingenio Nobiliss. Virgini,

ANNÆ MARIÆ

A SCHURMAN,

S. P. D.

IOH. BEVEROVICIUS.



ETVS est inter
eruditos de virtute
Fœminarum con-
troversia. Thucy-
dides gravissimus
author ei primam
laudem tribuit fœminæ, de qua
foris minimus est, vel in bonam,
vel in malam partem, sermo. Cen-
sens nimirum, ut corpus, ita fa-
mam quoque (quasi, quod dicit
Tacitus, non minus periculum ex
A 2 magna

magna fama, quam ex mala) bonæ mulieris domi inclusam esse, neque in publicum exire debere. At prudentissimo Philosopho Plutarcho potior videtur Gorgiæ opinio, qui mulieris non formam, sed famam vult multis esse notam. Cujus tu, immortale Virginum decus, sententiæ subscribas, certo mihi constare non potest. Cum enim nihil natura tibi denegaverit, ac omnia detulerit eruditio, videris tamen latere velle, & comitem recte factorum gloriam repudiare. Sed frustra palmam deprimis, vel invitæ assurgentem. Nam, etiamsi tu id non agas, tamen necessario etiam fugientem, umbra tam admirandarum virtutum, consequetur gloriam. Et profecto illud *ἀάθη βιωσας,*

&

& tibi, & aliis inutile. *Paullum se-*⁵
pultæ, inquit Lyricus, *distat iner-*
tiae celata virtus. An pulchrum
istud corpusculum tot laboribus
frangitur, tot curis vigiliisq; ma-
ceratur, ut lateas, profisque ne-
mini? Totne linguas calles, ut si-
leas? Totne disciplinis generosum
istum instruxisti animum, ut uni-
tas agitet inglorius artes? At nec
egregiæ virgines, quibus de me-
liore luto cerebrum finxit ma-
gnus ille Prometheus, sibi exem-
plum sumere possunt ex ignota;
neque tu latens, illarum studia ad
virtutem & doctrinam excitare.
Recte siquidem Plutarchus sen-
sit, sicuti lumen non manifestos
tantum nos, sed & utiles invicem
facit: ita notitia non gloriam mo-
do, sed & agendi materiam virtu-

A 3 tibus

tibus parari. Fortassis dices, lucem te splendoremque fugere, quod sint non pauci, qui sexum vestrum à Minervæ sacrario arcent. Sed iniquam eorum sententiam non minus eleganter, quam erudite refutasti. Quare æquiori animo feres, tua ad Reverendum, & Clarissimum RIVETVM superiori anno Lutetiæ satis negligenter edita, nitidis nunc & elegantibus typis correctiora in lucem prodire. Præfixi Dissertationem Logicam, olim mecum communicatam, ejusdem argumenti. Cui & ipse album calculum adjeci in libro meo, quem videre dignata es, de vestri sexus excellentia. Symbolam huic editioni conferunt doctissimi Theologi, Colvius & Lydius, summi mecum
tuarum

7
tuarum virtutum admiratores.
Vale nostrum decus, & non unius
Seculi miraculum. Dordrecht
postr. Kal. Quint. c l o l o c x l.

L E C T O R I.

Q*Uod tibi nunc offertur amice le-
ctor, specimen fœlicissimi ingenii,
Virginis quæ parem non habet, exi-
guum est, si cum iis quæ affecta habet
& parata, comparetur. Sed pro ea qua
est modestia, hoc etiam quantulum-
cumque ab ea extortum est, ad quod
evulgandum vix adducta est ut con-
sentiret; neque sanè id ab ea obtinuis-
semus, nisi jam præoccupassent non-
nulli, quæ alibi edita sunt, non ex-
pectato ejus, nec eorum è quorum ma-
nibus ea acceperant, permissu; publici*
A 4 juris

juris facere. Ægrè tandem ab ea impetravimus ut purius hic ederentur, & ejusdem argumenti adderentur ea, quæ producimus, non desperantes quin, si hæc tibi arrideant, & salivam moveant, quod nobis persuasissimum est; ipsa, ex divite suo penu, intra paucos dies, liberalius effundat, & plenâ manu, quod desiderium tuum impleat. Vale.



ANNÆ



ANNÆ MARIÆ

A SCHVRMAN,

PROBLEMA

PRACTICVM.

N *VM Fœminæ Christianæ
conueniat studium Littera-
rum?*

Nos *affirmativam* tueri conabimur.

Præcognita hæc præmittimus. Pri-
mo, ex parte Subjecti; deinde etiam
Prædicati.

Voces Subjecti omnis ambiguitatis
sunt expertes; nam *Christianam* fœmi-
nam cum dico, intelligo professione
atque re ipsa talem.

Voces Prædicati sunt primo stu-
dium Litterarum.

Studium inquam (ut cæteras ejus
A 5 signifi-

10 A. MARIÆ à SCHVRM. &c.
significationes præteream) hic sumi-
tur pro sedula atque alacri animi ap-
plicatione.

Litterarum vocabulo intelligimus
cognitionem linguarum, & Historia-
rum, Disciplinas omnes; tum superio-
res, quas facultates; tum inferiores,
quas scientias philosophicas appel-
lant. Solam Theologiam Scriptura-
riam, propriè sic dictam, excipimus:
quippe quam omnibus Christianis
convenire extra controversiam poni-
mus.

Secundo, occurrit vox an *conveniat*,
hoc est an expediat, aptum sit, ac deco-
rum?

Vocibus ita distinctis, res ipsæ di-
stinguendæ sunt.

Sunt enim *fæminarum* aliæ inge-
niosæ, aliæ verò stupidiores; aliæ ite-
rum inopes, aliæ locupletiores; aliæ
denique negotiis seu curis domesticis
magis, aliæ minus, involutæ.

Studia litterarum distinguuntur vel
in *Vniuersalia*, quando nempe omni-
bus Disciplinis simul operam damus;
vel

DISSERTATIO. II

vel in *particularia*, quando unam aliquam linguam, aut scientiam cum facultate quadam addiscimus.

Limitationes itaque adhibemus.

Primò, ipsius *Subjecti*; ut fœmina nostra ingenio saltem mediocri sit prædita, & ad discendum non prorsus inepta. Secundò, sit mediis necessariis instructa; nec obstet omnino res angusta domi. Quam exceptionem ideò hic affero, quia paucis contingit ea felicitas, ut parentes habeant qui eas ipsi erudire, aut velint, aut possint: nec absque sumptibus præceptorum opera hac in regione conduci queat. Tertiò ut ea sit temporum & sortis ejus conditio, ut à vocatione generali sive speciali, nimirum exercitiis pietatis, sive rei familiaris negotiis aliquando ei vacare liceat. Quod ut consequatur facile, præstabit partim in ætate puerili à curis negotiisque immunitas, ac libertas: partim, in proveciori ætate vel cælibatus, vel ministerium ancillarum, quæ etiam matronas locupletiores à nego-

De puel-
larù eu-
ditiõne
quæ par-
tim apud
divites
extra-
neos,
partim
domi
erudie-
bantur,
legendi.
Livi. lib.
3. Plin.
Epist. 17.
lib. 1. A-
then. lib.
1. Plutar.
lib. de E-
duc. liber.
Gordia. l.
15. de ne-
got. gest.
Forner.
ad Cas-
siod.

negotiis domesticis magna ex parte liberare solent. Quartò, Finis ei sit, non vana gloria, & ostentatio; aut inutilis quædam curiositas; sed præter finem generalem, Gloriam Dei, scilicet, & animæ suæ salutem; ut & ipsa tanto melior evadat ac felicior; & familiam (si id ei muneris incumbat) erudiat ac dirigat, & toti etiam Sexui, quantum fieri potest, proffit.

Limitationes Prædicati.

Studium Litterarum sic limito, ut omnes quidem honestas disciplinas, sive universam ἐγκυκλοπαιδείαν, ut vocant, Christianæ fœminæ (tanquam proprium ac universale hominis bonum seu ornamentum) convenire omnino arbitrer: sed ita tamen ut pro dignitate, ac natura cujusque scientiæ, sive artis; nec non pro ipsius puellæ seu fœminæ captu, ac sorte, singula suo ordine, loco ac tempore sibi invicem inter discendum succedant, aut commode conjungantur. Inprimis verò ratio habeatur istarum scientiarum, sive ar-

tium

tium quæ proximam habent cum S. S. Theologia atque virtutibus moralibus connexionem, iisque primario ministrant; quo in genere esse putamus Grammaticam, Logicã, Rhetoricam; cum primis autem Logicam quam clavem omnium scientiarum non nemo disertè nuncupavit: deinde Physicam, Metaphysicam, Historiam, &c. nec non Linguarum præsertim Hebraicæ ac Græcæ notitiam: quæ omnia ad faciliorem ac pleniorum S. Scripturæ intellectum, (ut nihil jam de aliis autoribus dicam) nos promovere possunt. Cætera, nempe Mathematica (quo etiam refertur Musica) Poësis, &c. Pictura, & similes quasi liberales artes egregii cujusdam ornamenti sive oblectamenti vicem obtineant. Denique illa studia quæ praxin spectant jurisprudentiæ forensis, rei militaris, artes perorandi in Templo, Curia, Academia, velut minus propria aut necessaria non admodum urgemus. Interim tamen à Scholastica, sive Theoretica (ita loqui liceat) istarum rerum, præ
cæte-

14 A. MARIÆ à SCHVRM. &c.
cæteris autem nobilissimæ Disciplinæ
Politicæ cognitione fœminam exclu-
di nequaquam concedimus.

Limitamus verbum quod *conveniat*,
sive expediat studium litterarum, non
tanquam proprium, seu requisitum,
præcise ad æternam salutem necessa-
rium: nec quidem tanquam bonum,
quod ad essentiam ipsam faciat beati-
tudinis hujus vitæ: sed ut officium seu
medium quod plurimum ad ejusdem
integritatem conferre queat: Atque
adeo per rerum pulcherrimarum con-
templationem ad amorem Dei, & æ-
ternam salutem tanto facilius promo-
vere.

Sit igitur Thesis nostra.

*F*oemina Christiana convenit studium
Litterarum.

Cui confirmandæ argumenta hæc
adferimus primo ex parte Subjecti:
deinde etiam, Prædicati.

I. *Argumentum ex proprio Subjecti.*

Cuicunque naturâ indita sunt prin-
cipia,

cipia, seu potentia principiorum omnium artium, ac scientiarum, ei conveniunt omnes artes ac scientia: Atqui foeminis natura indita sunt principia seu potentia principiorum omnium artium ac scientiarum.

Ergo Foeminis conveniunt omnes artes ac scientia.

Propositio probatur: quia cui conveniunt principia seu potentia principiorum, ei convenit notitia conclusionum, quae sua natura ex iisdem educuntur.

Assumptio probari potest, tum ex proprio forma hujus Subjecti, sive rationis humanae: tum ex ipsis actibus seu effectis, siquidem foeminas actu scientias & artes quaslibet addiscere manifestum est: actus vero nulli sine principiis esse possunt.

II. *Argumentum à proprio Subjecti.*

Cui natura inest scientiarum artiumque desiderium, ei conveniunt scientia & artes:

Atqui

16 A. MARIÆ à SCHVRM. &c.

Atqui Fœminæ naturâ inest scientiarum artiumque desiderium. ergo.

Majoris ratio patet, quia Natura nihil facit frustra.

*Minor probatur, quia quod inest toti speciei; inest etiam singulis individuis. Atqui omnis homo (ut exserte statuit Philosophus *Metaphysic. lib. 1. cap. 2.*) naturâ scire desiderat.*

I II. *Argumentum à proprio seu adjuncto externo.*

Quemcunque Deus creavit vultu sublimi, & in cœlum erecto, ei convenit rerum sublimium ac cœlestium contemplatio ac cognitio.

Sed Fœminam Deus creavit vultu sublimi, & in cœlum erecto. ergo.

Pronaque cum spectent animalia cœtera terram.

Os homini sublime, &c.

IV. *Argumentum.*

Quicumque maxime indiget solidâ ac perpetua occupatione, ei studium Litterarum maxime convenit;

Atqui

Atqui Fœmina maxime indiget solida ac perpetua occupatione. ergo.

Majoris consequentia probatur: quia nihil perinde omnes animi motus in se intendit, & (ut magnus inquit *Erasmus*) nihil ita totum puellæ pe-

In Epistola ad Brudeum ubi de institutione familiarum Thomæ Mori describit.

Minor probatur duplici hac ratione.

I. Cuicumque propter imbecillitatem ac inconstantiam ingenii sive temperamenti, nec non innumeras mundi illecebras maximum est à vanitate periculum, illa maxime indiget solida ac perpetua occupatione:

Atqui Fœminæ propter imbecillitatem, &c. Ergo.

Majorem iterum probare licet: quia contraria contrariis optime curantur: nec quicquam vanitati validius resistit, quam seria ac perpetua occupatio.

Minorem extra controversiam esse putamus; cum vix ulla quamvis heroica virtus, seculi ac juventutis Sirenas,

B nisi

18 A. MARIÆ à SCHVRM. &c.
nisi circa res serias ac solidas occupe-
tur, superare possit.

2. *Ratio* qua probatur *Assumptio*, sive
Minor IV. Argumenti.

Quicumque abundat otio, is ma-
xime indiget solida ac perpetua occu-
patione:

Atqui Fœminæ, quibus splendidior
sors est, ut plurimum abundant otio.
ergo.

Majoris consequentia iterum pro-
batur, primo quia otium per se est tæ-
diosum, imo onerosum; ita ut merito
dixerit divinus Nazianzenus, *Μεγίστη*
πρᾶξις ἢ ἀπραξία. 2. quia, Otia dant
vitia. Nam

Homines nihil agendo male agere
discunt.

V. *Argumentum.*

Cui contingit vita tranquillior ac
liberior, ei convenit studium Litter.

Atqui Fœminis passim contingit vi-
ta tranquillior ac liberior. ergo, Fœ-
minis passim convenit studium Litte-
rarum.

Majo-

Majoris ratio manifesta est, quia nihil est tam amicum studiis, ac tranquillitas & libertas.

Minorem probamus hoc argumento,

Cuicumque, ut plurimum, sibi ipsi vacare, & à curis negotiisque publicis immunem esse contingit, ei contingit vita tranquillior & liberior:

Atqui Fœminæ (præsertim in calibatu) ut plurimum contingit sibi ipsi vacare, &c. Ergo.

VI. *Argumentum.*

Cui convenit studium scientiarum principalium, ei & convenit studium scientiarum instrumentalium sive adjuvantium.

Atqui Fœminæ Christianæ convenit studium scientiarum principalium &c. Ergo.

Consequentia *Majoris* valida est; quia

Cui finis convenit, ei quoque conveniunt etiam media legitima, qui-

B 2 bus

20 A. MARIÆ à SCHVRM. &c.
bus ad finem istum consequendum fa-
cillime promovemur :

Sed scientiæ instrumentales , sive
adjuvantes sunt media legitima, &c.
Ergo.

Minor probatur eò, quod fœminæ
Christianæ convenit studium, sive assi-
dua ac seria meditatio verbi divini, no-
titia Dei, ejusque operum pulcherri-
morum inspectio, ut quæ ad omnes
Christianos ex æquo pertineant.

Quemcunque domi potius apud se,
quam foras apud alios, oblectationem
quærere oportet, ei convenit studium
Litterarum :

Atqui fœminæ domi potius apud
se, quam foras apud alios, &c, Ergo.

Major est verissima, quia studia
hanc prærogativam obtinent, ut sem-
per comitem habeant voluptatem,
quamvis alios insuper comites non
habeant: unde juxta Græcum Prover-
bium sapiens dicitur, *αὐτοπροαίρετο ἔ
αὐτοπαθής.*

Minoris ratio nihilo obscurior est;
quia Apostolus vult fœminas esse,
οἰκὸς

οὐκ ἔστι Tit. 2. 5. Deinde experientia ipsa testatur, quarum linguæ, aures, oculi sæpius peregrinari, & foris delicias aucupari solent, earum fidem, diligentiam, imo pudicitiam à plerisque in dubium vocari.

VII. *Argumentum à genere Prædicati seu scientiæ.*

Cui convenit omnis virtus in genere, ei & conveniunt scientiæ & artes:

Atqui Fœminæ convenit omnis virtus in genere.

Ergo Fœminæ conveniunt scientiæ & artes.

Major patet ex divisione virtutis, in intellectualem & moralem, sub qua, priori inquam, scientias & artes complectitur Philosophus.

Minor probatione non indiget, siquidem virtus (ut ait *Seneca*) nec censum nec sexum eligit.

VIII. *Argumentum à Fine scientiarum.*

Quidquid intellectum hominis perficit

22 A. MARIÆ à SCHVRM. &c.
ficit & exornat, id fœminæ Christianæ
convenit.

Atqui scientiæ & artes intellectum
hominis perficiunt & exornant. Ergo.

Majoris ratio est; quia omnibus
creaturis convenit sui ipsius ultima ac
summa perfectio, ad quam omnibus
viribus eas contendere oportet.

*Bonum
additum
bono (ut
ait Philo-
sophus in
topicis)
facit ma-
jus bo-
num.*

Minor probatur; quia scientiæ &
artes sunt habitus, quibus potentiæ
naturales intellectus humani perfe-
ciuntur.

IX. *Argumentum.*

Quæcunque suâ naturâ ad majorem
Dei amorem, ac reverentiam in
nobis excitandam conferunt, ea con-
veniunt fœminæ Christianæ:

Atqui scientiæ & artes suâ naturâ
ad majorem Dei amorem ac reveren-
tiam excitandam conferunt. Ergo.

Majoris veritas luce clarior est; quia
omnibus hominibus convenit amor
Dei perfectissimus, & summa reveren-
tia: adeo ut hic in excessu peccare ne-
mo possit.

Minor

Minor probatur hoc Argumento,
 Quidquid Deum ac divina opera
 cum gradu eminentiori nobis spectan-
 da ac cognoscenda exhibet, id suâ na-
 turâ ad majorem Dei amorem ac re-
 verentiam in nobis excitandam con-
 fert:

Atqui scientiæ & artes Deum ac di-
 vina opera cum gradu eminentiori
 nobis spectanda ac cognoscenda exhi-
 bent. Ergo.

Majorem iterum probamus tali ar-
 gumento,

Quidquid revera est pulcherrimum,
 optimum ac perfectissimum, id quan-
 to magis cognoscitur, tanto magis di-
 ligitur, ac reverentia seu celebratione
 dignius habetur:

Sed Deus, omniaque ejus opera
 sunt pulcherrima, optima, &c. Ergo.

Minor item probari potest, ex fine
 seu effectis scientiarum, quarum nulla
 est quæ non ad faciliorem magisque
 distinctam Dei, ac divinorum operum
 cognitionem quamplurimum con-
 ferat.

X. *Argumentum.*

Quicquid nos præmunit contra hæreses, earumque insidias detegit, id Fœminæ Christianæ convenit:

Atqui Scientiæ, &c. Ergo.

Majoris ratio evidens est; quia nemo Christianorum in hoc communi periculo suum officium negligere debet.

Minor probatur; quia sanior illa Philosophia est velut lorica, & sepes (ut Clementis Alexandr. verbis utar) Dominicæ vineæ, seu doctrinæ Servatoris: vel (quæ similitudo magno Basilio placuit) cum Evangelio collata; est instar foliorum quæ ornamento ac *presidio* sunt ipsius fructibus. Nimirum rectâ ratione ratio notha sive corrupta, quâ hæreses potissimum nituntur, facillime revinci potest.

XI. *Argumentum.*

Quæcunq; prudentiam docent absque ulla famæ ac modestiæ detrimento ea Christianæ Fœminæ conveniunt.

Atqui

Atqui studia Litterarum prudentiam docent absq; ullo famæ, &c. Ergo.

Major est in confesso ; cum nemo ignoret honorem fœminei sexus esse tenerrimum, nec ullius fere rei eam magis indigere, quam Prudentiæ: deinde quam difficilis res sit atque aleæ (quod dicitur) plena, ex ipso usu sive experientia prudentiam haurire.

Minor probatur, quia scripta doctorum virorum non tantum præclara præcepta, sed & exempla pulcherrima nobis depromunt, & quasi manu nos ad virtutem ducunt.

XII. *Argumentum.*

Quicquid facit ad veram animi magnitudinem, id fœminæ Christianæ convenit.

Atqui Studium Litterarum facit ad veram animi magnitudinem. Ergo.

Majorem probo, quia quo quisque suâ naturâ ad vitium pusillanimitatis est proclivior, hoc magis virtutis oppositæ subsidio indiget. Sed fœmina suâ naturâ, &c. Ergo.

Minor probatur, quia scientia animos hominum erigit, & iis rebus, quæ vulgo timeri, aut impotenter affectari solent, larvam detrahit.

XIII. *Argumentum.*

Quicquid eximia atque honesta voluptate animum hominis perfundet, id fœminæ Christianæ convenit:

Atqui studium Litterarum eximia atque honesta voluptate, &c. Ergo.

Majoris ratio probatur; quia nihil est naturæ humanæ magis consentaneum, quam eximia ac honesta voluptas, quæ similitudinem quandam divinæ lætitiæ in homine repræsentat: quod & magnifice deprædicat Aristot. 7. Ethic. 13. his verbis. Voluptas natura divinum quid est insitum mortalibus.

Minor probatur, quia nulla est voluptas (sola supernaturali illa Christianorum excepta) neque ingenua mente dignior, neque major ista, quæ ex studio Litterarum consequi solet, quod cum exemplis, tum rationibus variis facile est evincere.

XIV,

XIV. *Argumentum ab opposito.*

Cui non convenit inscitia seu ignorantia; ei convenit studium Litterarum:

Atqui fœminæ Christianæ non convenit inscitia, &c. Ergo.

Major confirmatur hoc argumento,

Quicquid per se non tantum est causa erroris in intellectu, sed vitii in voluntate seu actione, id fœminæ Christianæ non convenit.

Atqui inscitia seu ignorantia per se est causa erroris, &c. Ergo.

Majoris ratio iterum ostenditur Primo, respectu erroris in intellectu; quia ignorantia seu inscitia in intellectu (qui animæ oculus dicitur) nihil aliud est quam cæcitas & caligo, quæ omnis erroris causa existit. Secundo, ostenditur respectu vitii in voluntate seu actione; quia Quicquid per se reddit homines superbos, feroces, &c. id est causa vitii in voluntate seu actione:

Atqui ignorantia seu inscitia per se reddit homines superbos, &c. Ergo.

Majo-

Εἰ τὸ
φῶς τὸ
ἐν σοί,
σκότῃ
ἴσῃ, τὸ
σκότος
πύσσῃ;
Matth. 6.

Majoris ratio est evidens.

Minor probatur; quia quo quisque se minus noverit, eo magis sibi ipsi placebit, aliosque contemnet: Et qui, quantum nesciat, nescit, is pulchre sapiet sibi. deinde (ut de ferocitate sub- jiciam) Nihil est intractabilius inscitiâ, quod Erasmus non semel expertus testatur: &, ut divini Platonis sententiam hic referam, ο' άνθρωπος παιδείας μὲν ὀρθῆς τυχὼν, θεώτατον ἡμερώτατον ζώων γίνεσθαι φιλεῖ. μὴ ἰκανῶς ἢ ἢ μὴ καλῶς πρᾶξεν, ἀγρωτάτον μὲν ὅποσα φύσῃ. Adde quod ingenuas didicisse fideliter artes, Emollit mores nec sinit esse feros.

6. de Le-
gib.

Denique, ostendi potest periculum inscitix respectu vitii, ex ipsius vitii, ac virtutis natura; Cum enim ad omnem actionem virtutis requiratur tanta ἀκρίβεια, ut eam omni ex parte ad normam rectæ rationis respondere sit necesse, ad plenam vitii rationem vel minima ἀπαξία, quæ sponte ignorantiam sequitur, sufficere potest.

*Testimonia & exempla hic brevitatis
causa omitto.*

RE-

REFUTATIO

ADVERSARIORVM.

P *Recognita hæc, præmittenda esse putamus.*

Primo sunt quidam adversariorum qui, nescio quibus præjudiciis quasi exoculati, non limitant nostrum subiectum: sed putant ex thesi nostra sequi, nullam neque ingeniorum, neque fortis delectum esse habendum; quo minus illi conveniat prædicatum.

Sunt præterea, qui non alium studiorum finem videntur agnoscere, quam aut lucrum, aut gloriam inanem: nisi publicis muneribus inserviant, quod est *πρῶτον* ac satis pudendum *ψεῦδος*; quasi prorsus supervacaneum sit, *Ἀλλὰ τὸ φθίγγειν πλὴν ἀγνοίας* Philosophari.

*Aristot.
l. 1. Me-
taphys.
cap. 2.*

Sunt denique, qui studia convenire fœminæ non utique negant: sed tantum eminentiorem scientiæ gradum; quos forte divexat æmulatio, aut certe metus, ne aliquando eveniat illud

πᾶσι

30 A. MARIÆ à SCHVRM. &c.
πολλοὶ μαθητὰὶ κρηττόνες διδασκάλων. Et al-
terum illud antiquissimi Poëtæ:

*Vos etenim juvenes animos geritis
muliebres,
Illa virago viri.*

T H E S I S
A D V E R S A R I O R V M.

Fœminæ Christianæ (nisi siqua forte peculiari quodam motu sive instinctu ad id fuerit divinitus excitata) non convenit studium Litterarum.

I. *Argumentum ex parte subjecti.*

Cuicunque est ingenium imbecillius, ei non convenit studium Litterarum; Atqui Fœminæ est ingenium imbecillius. Ergo.

Majorem probabunt, quia ad studium Litterarum requiritur ingenium firmum ac validum: nisi frustra laborare velimus: aut in periculum incidere ἀρρώστιας τῆς Διανοίας. *Minorem* in confesso ponent.

Respondemus ad *Majorem*; limitatione nostra tales eximi, quæ ob imbecilli-

cillitatem ingenii ad studia sint prorsus ineptæ, quando mediocria saltem ingenia hic requiri statuimus. deinde dicimus non semper heroica ingenia ad studia præcise esse necessaria: siquidem & doctorum virorum numerum ex mediocribus passim colligi videmus.

Ad *Minorem* respondeo; non esse illam absolute veram; sed collatè tantum ad sexum masculinum. Nam etsi fœminæ cum excellentioribus illis viris (qui sunt velut ἀεπὶ ἐν νεφέλαις) non possint ingenio comparari: tamen res ipsa loquitur, non paucas tales reperiri, quæ non sine fructu ad studia admitti queant. Sed

Quin è contrario inferimus.

Quicumque minus ingenii dexteritate pollet, ei maxime convenit studium Litterarum.

Atqui fœmina minus ingenii dexteritate pollet. Ergo.

Majorem probamus, quia

Quicumque naturæ donis minus est instructus, ei maxime conveniunt ea
media

32 A. MARIÆ à SCHVRM. &c.
media ac subsidia, quibus istis defecti-
bus mederi possit :

Atqui studia Litterarum sunt ea me-
dia ac subsidia, &c. Ergo.

II. *objectio.*

Cuicunque animus ad studia non
inclinat, ei non conveniunt studia :

Atqui fœminis animus ad studia
non inclinat. Ergo.

Majorem probant, quia nihil agen-
dum est invitâ (ut ajunt) Minervâ.

Minorem probabunt ex ipsa con-
suetudine; quia rarissimè fœminæ ad
studia animum applicant.

Respondemus ad majorem, dicen-
dum fuisse; Cuicunque omnibus legi-
time tentatis mediis animus ad studia
non inclinat, ei non conveniunt stu-
dia: Alioqui negatur consequentia.

Ad minorem dicimus; non posse
quemquam de nostra erga studia incli-
natione recte judicare, priusquam nos
optimis rationibus ac mediis ad studia
capeffenda instigaverit: simulque co-
rum dulcedinis gustum aliquem dede-
rint;

rint; quamquam interea exempla nobis non desunt quæ contrarium verum esse evincunt.

III. *Objectio.*

Quemcunque destituunt media ad studia Litterarum necessaria, ei non conveniunt studia Litterarum:

Atqui Fœminas destituunt media &c. ergo.

Major non est controversa.

Minorem probare conantur, quia non dantur hodie Academiæ & Collegia in quibus sese exercitare queant.

Sed consequentiam hanc negamus, sufficit enim ut sub ductu Parentum, aut privati cujusdam præceptoris se domi exercitent.

IV. *Objectio.*

Quorum studia fine suo proprio excidunt, ei parum conveniunt studia.

Atqui Fœminis studia fine suo proprio excidunt. ergo.

Major probari potest, quia Finis est ejus gratia omnia fiunt.

C

Minore

Minorem probant eò , quod ad munia publica Politica, Ecclesiastica, Academica, &c. rarissimè, aut nunquam promoventur.

Respondemus ad *Majorem*, fœminas in speculativis scientiis sine suo nequaquam frustrari: in practicis verò, (quas modo commemoravimus) etsi non primarium, sive publicum illum finem; tamen secundarium, ut ita dicam, magisque privatam consequuntur.

V. *Obiectio.*

Cuicunque ad vocationem suam excolendam pauca scire satis est, ei non convenit, ἐγκυκλοπαιδεία, neque sublimior scientiæ gradus:

Atqui fœminæ ad vocationem suam excolendam pauca scire, &c. ergo.

Majoris consequentiam probant; quia supervacua, aut à vocatione sua aliena agere nemini convenit.

Minorem probabunt; quia scilicet fœminæ vocatio arctis omnino limitibus includitur; nimirum vitæ privatæ sive œconomicæ terminis.

Omissa

Omissa *Majore*,

Ad *Minorem* respondemus, ambiguitatem esse in vocibus, primo *vocationis*: nam si hic intelligunt vocationem vitæ privatæ, quæ publicis muniis oponitur, dicimus eadem ratione omnibus etiam viris vitam privatam degentibus ἐγκυκλοπαιδείαν seu sublimiorē scientiæ gradum denegari; cum tamen gravissima Plutarchi sententia de omnibus & singulis, cujuscunque status hominibus jure pronuntiet, Δεῖ τὸν τέλειον ἄνδρα καὶ θεωρητικὸν εἶναι τῶν ὄντων, καὶ πρακτικὸν τῶν δεόντων. Sin vocationem intelligunt specialem, quæ aut rei familiari, aut curis œconomix inservit; dicimus universalem illam quæ ad omnes, qua aut Christiani, aut, saltem homines sumus, cum primis pertinet, per istam neutiquam excludi. Imo ausim asserere, virginem postremæ huic potissimum vacare posse ac debere; utpote quæ à prioris istius impedimentis ut plurimum liberior esse solet. Ἡ ἄγαμος μερμυᾷ τὰ ἔκκεύχ. I Cor. 7. ὕ. 34. Secundò, ambiguitas est in

C 2

voci-

36 A. MARIÆ à SCHVRM. &c.
vocibus, *satis est*: cui tollendæ suffe-
cerint quæ supra, sub limitatione vocis
An conveniat, de necessitate studii Lit-
terarum diximus.

Stat igitur Thesis nostra.

*Fœmina Christiana convenit studium
Litterarum.*

Unde confectarium hoc elicimus.

FOeminas optimis ac validis ratio-
nibus, Sapientum testimoniis, ac
denique illustrium fœminarum exem-
plis, posse ac debere ad hoc vitæ genus
amplectendum excitari; imprimis au-
tem eas quæ otio, aliisque mediis ac
subsidiis ad studia Litterarum præ cæ-
teris sunt instructæ. Et quia præstat
ab ipsa infantia melioribus studiis
mentem imbui: igitur ipsos parentes
primariò instigandos, atque sui officii
seriò admonendos esse putamus.

EPISTO-



EPISTOLÆ

Aliquot de eodem Problemate, inter
 excellentissimam Virginem

ANNAM MARIAM

A SCHVRMAN,

ET

D. ANDREAM RIVETVM,
 S. S. Theol. Doctorem.

Viro Clarissimo

D. ANDREÆ RIVETO, S. D.

QUOTIES mecum cogito,
 Vir Reverende, in quantum
 me tua devinxerit humanitas,
 quamque apud alios de me senseris
 honorificè, nihil gratius fateor, neque
 felicius obtigit unquam, quam à cul-
 tura etiam tenui, tam uberes fructus.
 Atqui jam mirari desinet, quænam ad
 tanta mihi concilianda bona impule-
 rit ratio, quicumque eas in te novit

C 3 vir-

38 A. MARIÆ à SCHVRM. &c.
virtutes ac colit; cumque vagæ hac
tempestaté stellæ & caducæ plerum-
que sint, converterim me ad unicum
hoc amicitiarum firmamentum. Nec
tamen adeo seculi hujus ignara sum,
ut credam malevolorum existere ne-
minem, qui vana ostentandi ingenii
spe, huc me adductam fuisse asseveret:
sed Deus mihi testis est, quam ob in-
stitutum vitæ genus habuerim sco-
pum longè ab ejusmodi ambitione a-
versum. Hæc quanquam feram levius,
quorum aliter conscia mihi sum, gau-
deō tamen te, nullum reliquisse scrupulo
locum: quippe qui, pro animi in
me candore, tam benignè interpreta-
tus es omnia, ut spem certè hæctenus
quam in te uno magnam conceperam,
fefelleris nunquam. Hinc igitur, au-
gescente nimirum fiducia, fas amplius
non puto te quicquam studiorum
meorum vel nugarum potius, celare.
Annus nunc, aut circa est, ex quo li-
bellum conscribere Gallicè (quod
nempe virginibus quam maximè pro-
bari linguæ illius lepos ac elegantia so-
let)

let) conatus aliquis fuit: in quo optimam otio nostro fruendi rationem iisdem persuadere (licet ab effectu magis quam à viribus) contendam. Quoniam verò præter ordinem in partibus ejus excultum est nihil, nec alio loco imagines inventionesque quam umbræ ac tenebræ habendæ sint, nondum eum censui censura tua dignum, ut tantæ nimirum lucis minimè capacem. Nescio tamen quo occulto Genii ductu ad te, utique ducem suum & auspiciem futurum properet, imò aliquando, si Deus faverit, per omnia obstacula perventurus. Illum intereà intimis venerabor precibus, ut diu incolumem te cum tuis omnibus servet, singulorum exemplo, atque omnium hoc est Ecclesiæ suæ ornamento. Vale vir candidissime, & me inter amantes ac colentes tui haud postremam cense, Trajecti XII. Idus Ianuar. Anno. MDCCXXXII.

Tibi, ac perinde optimo cuique placere studens,

ANNA MARIA à SCHVRMAN.

C 4 *Excel-*

40 A. MARIÆ à SCHVRM. &c.

Excellentissima & eruditissima Virgini,

A N N Æ M A R I Æ

A S C H U R M A N,

S. P.

Nobilissima virgo. Si laudes tuas apud alios deprædicaverim, feci quod debui. Neque enim est ingenui & candidi pectoris, intus premere & apud se solum admirari, quod aliis si innotescat, & honorificum est ei cujus dotes laudantur; & aliis utile esse potest, tum ut exemplo ad honestam æmulationem incitentur; tum ut Deo adscribant grati, quod sexum etiam vestrum ornaverit tali splendore literarum & bonarum artium: documento præsentibus & posteris, non ingenii aut judicii defectu plerasque fœminas talia non tractare, sed quod animum ad ea applicare nolint, vel non liceat per alias & humiliores occupationes, nec etiam expediat multas hoc vitæ genus eligere, sufficiatque si nonnullæ ad id speciali instinctu vocatæ, aliquando emineant, maximè hoc tempore, quo plerique adolescentes viri,
Studia

Studia potius profitentur, quam seriò colunt, & solo nomine contenti, rem ipsam contemnunt: quos certè, à talibus, qualis tu es, argui juvat, & rubore perfundi. Hæc me causâ moverunt, ut ea quæ modestia tua penè occultat, in aperto ponerem, quantum in me fuit, quod etiam data occasione, facturus sum. Addo, quod mihi præterea in ea re consulo, qui certè gloriôr, non immerito, quod tali ingenio, tali pietate puella, ultrò amicitiam meam ambierit, & me tam benignè ad hanc communicationem provocarit. Quo beneficio ita me sentio commotum, ut de facie hæcenus ignotam, affectu tamen paterno prosequar, cuius effectus utinam aliquando possim, producere! Dabitur, si Deus voluerit, occasio, ut præsens præsentî cor aperire possim, & vultum contemplari quem tam elegans ornat ingenium. Addo, tam candidum, & de se tam modestè sentiens; quam virtutem hæcenus non audiui quemquam tibi ereptam velle. Me quod attinet, existimavi te, potius in defectu peccare, quam in excessu, nisi defectum etiam illum ad perfectionem facere existimarem. Reddidi

42 A. MARIÆ à SCHVRM. &c.
tuos versus Gallicos Principi Elisabetha,
quos, me presente, legit & laudavit, pro-
misitque se, manu sua, gratias acturam.
Opusculum autem quod in eadem lingua
meditaris, rogo ne patiaris diutius à me
desiderari: Legam avidissimè. Et si quid
sit in lingua quæ mihi est materna, tibi ad-
scititia, de quo monenda sis, agnosces can-
dorem meum & παρρησίαν. Quamvis non
existimem censura opus esse, postquam spe-
cimina vidi styli tui, quæ mihi admodum
placuerunt. Non dubito quin intellexeris
me, post bimestre Hagam migraturum, ubi
nova me occupatio vocat, & in qua mihi
repuerascendum, sed cum magno puero,
quem si virum dare possim Patriæ & Ec-
clesiæ, operam meam non malè collocatam
putabo. Sive ibi vivam, sive alibi, habe-
bis me semper dum vivo,

Virtutum Tuarum, in primis eximiæ pie-
tatis & modestiæ tuæ admiratorem,

Lugd. Batavor.

Kalend. Martii

CLIO CXXXII.

ANDREAM RIVETVM.

Viro

*Viro Clarissimo, & Patri in Christo
venerando,*

D. ANDREÆ RIVETO,

S. P.

NIL mihi gratius accidere potuisset, (vir reverende & in Christo venerande Pater,) quàm quod intelligam te quantulumcunque nobis in neptem vestram conferre per nostram mediocritatem licuit, animo tam benevolo complecti. Quòd si rem ipsam per se pensitare velles, parum id profectò fuit: sin verò affectus nostri propensitatem, nihil utique accessit quod non antiquo amicitiae nostræ jure vobis deberi existimem. Libellos quibus Bibliothecam meam exornare voluisti, hilari, ut par erat, fronte, accepi; munus sanè mihi pergratum, sive ad personam donantis oculos convertam, sive ad ipsum argumentum, hoc est triumphi tui materiem. Quid referam? nihil prorsus ad manum est quo redhostire valeam, etiamsi maximè velim:
nisi

44 A. MARIÆ à SCHVRM. &c.
nisi fortè putetur is qui gratiam habet,
retulisse. Insuper non minus benefi-
cium arbitror, quod cum omnibus
meis studiis juvandis, tum & dubiis
gravioribus solvendis operam tuam
polliceri non dedigneris. Magni cer-
tè, prout decet, facio tuum judicium:
quod ubi non satis percipio, anceps
hæreo, & quasi suspenso pede cogor
incedere. Illud autem in re non levi
(ut quæ officium ac conditionem vir-
ginei ordinis maximè tangit) jam du-
dum avidè desidero, nec quicquam
mihi antiquius aut gloriosius fore cen-
seo, quam ut sententia & quasi rescri-
pto tuo, mea confirmetur opinio. Sin
verò aliter sentis, non me pudebit se-
cus edoctam receptui canere. Dubi-
tandi autem mihi quid hac in re in uni-
versum statueres ansam præbuere tuæ
olim ad me datæ literæ, in quibus post-
quam de me meisque studiis multa, ut
soles, amanter ac honorificè deprædi-
casti, ita scribis: *Nec forte expediat mul-
tas hoc vitæ genus eligere; sufficere si
nonnullæ ad id speciali instinctu vocatæ*
ali-

aliquando emineant. Quòd si hic matronas rebus œconomicis implicitas, aut quascunque alias rei familiari necessario consulentes intelligimus, protinus assentior: si autem ingenio præditas puellas liberaliusque educandas, quales ætas nostra producit quam plurimas, difficilius accedo. Movet me ingens scientiarum admiratio seu legis communis æquitas, ut in nostro sexu rarum esse non feram, id quod omnium votis dignissimum est. Nam cum sapientia tantum generis humani ornamentum sit, ut ad omnes & singulos (quoad quidem per sortem cujusque liceat) extendi jure debeat, non video, cur virgini, in qua excolendi sese orrandique sedulitatem admittimus, non conveniat mundus hic omnium longè pulcherrimus. Nec causa est, quare ab ejusmodi mutatione sibi metuat Respublica, siquidem literarii ordinis gloria nihil officit dominantium Luminibus. Imò contra, omnes ad unum consentiunt, eum tandem statum fore florentissimum, qui plures
sub-

46 A. MARIÆ à SCHVVM. &C.
subditos, non tam legibus, quàm sapientix parentes habiturus sit. Adde quod neque virtuti, neque ipsi eruditorum choro suus honos constare, aut dignitas potest, nisi pars potior sit eorum, qui non tam cæca admiratione, quàm vera æstimatione decus & splendorem literarum suspicere norunt. Sed ne in propylæo diutius hæream, ad ipsum controversiæ statum accedo; quo bene constituto universa rei patefcet veritas. Quæstio est igitur principalis: Num virgini, hisce temporibus potissimum, conveniat literarum bonarumque artium studium? Mihi quidem cur affirmativa magis allubescat, haud levibus adducor argumentis. Etenim, ut à jure civili telam ordiar, memini me legisse aliquando, teste Vlpiano, fœminas ab omnibus officiis civilibus seu publicis remotas esse. Qua autem æquitate hoc sancitum sit jam non operosè disquiram, saltem, non obscurè inde puto probari, otium in quo degimus laudatum esse legitimumque. Hinc videlicet nobis larga
tempo-

temporis copia, & Musis amica quies; maximè verò cum speciali quadam prærogativa nobis contingat liberior ab operibus necessitatis vacatio, tum à curis negotiisque domesticis immunitas. Verùm enimverò amplum hoc & inane vitæ spatium, ubi per luxum & negligentiam defluit, ubi nullæ rei bonæ impenditur, fit omnibus vitiis opportunum. Egregiè Basilus *ἀγία κακουργίας δεχίη*. Et quoquomodo hanc Charybdim evitemus, nunquid paulatim effœminatur animus, & in similitudinem otii & pigritiæ, in qua jacet, solvitur? Quid igitur? Ecce viam inter scopulos aperit sublimioris animi cultor Seneca. Quando, inquit, soli omnium otiosi sunt (hoc est otio suo optimè fruuntur) qui sapientiæ vacant, soli vivunt, neque enim suam tantum ætatem benè tuentur, omne ævum suo adjiciunt. Non enim otium à rebus optimis, sed in otio res optimas quærere oportet: Sic neque molestiam, neque fastidium nobis creabit altior in recessu tranquillitas. Duæ
quip-

48 A. MARIÆ à SCHVRM. &c.
quippe res (ut ait Cicero) quæ lan-
guorem afferunt cæteris, sapientem
acuunt, otium & solitudo. Atqui so-
lent objicere colum & acum tractare,
mulieribus satis amplum Lycæum esse.
Fateor quidem non paucis ita persua-
sum esse, nec non ævi nostri κακῆδες iis
passim astipulari. Sed Lesbiam hanc
Regulam non recipimus, rationis ni-
mirum vocem quærentes, non con-
suetudinis receptæ. Quo enim jure,
quæso, hæc nobis in sortem cecidere?
Divino an humano? Nunquam pro-
babunt hos limites nobis, vel fatales
esse, vel ἐξαγορῆν præscriptos, quo in
ordinem cogeremur scilicet. Nam si
ab antiquitate testimonium petimus,
contrarium evincent tum omnis ævi
exempla, tum etiam maximorum vi-
rorum autoritas; Vti non minus le-
pidè quàm erudite ostendit nobilissi-
mum Gornacensium decus in libello
quem inscripsit, *L'égalité des hommes
& des femmes*. Sed ne quod dicitur
actum agam, hisce recensendis super-
sedebo: Sufficit mihi perspicuis verbis
ad-

adstruere, majora nos non decere modo, verum etiam in hoc vitæ genere expectare. Neque enim generosiores indoles tam arctis cancellis sese coërceri: neque semper altioris ingenii acumina, infra naturam suam se deprimi patiuntur. Mihi sanè, si hæ leges Draconis obtinere deberent, non adeo mirum vderi posset nonnullas aliquando mundi blandientis illecebris abripi ob vilioris hujus pensæ contemptum. Accedit quod nullus honos, nulla dignitas, nullum denique virtutis præmium, quibus animæ non degeneres ad laudabilia sectanda potissimum impelli solent, hic nobis spem sui relinquat. Frustra jactamus nostram quam à majoribus accepimus nobilitatem, siquidem mox eandem ignava involuit obscuritas. Hinc est, quod in historia legenti longissimo sæpe temporis tractu, nostri nominis monumenta non magis comparent, quam navis per mare transeuntis vestigium. At, inquier, unde vobis gloria? Unde immortalitas? Nunquid

D

etiam

50 A. MARIÆ à SCHVVM. &c.
etiam ab otio? Quidni? Sed ab otio
scientiarum lumine illustrato. Nobis
enimverò non tam armatae, quam to-
gatae Palladis praesidio clarescere de-
corum est. Cæterùm ubi vera Philo-
sophia mentis nostræ folium occupa-
vit, nullus vanis aut vagis animi flu-
ctuantis agitationibus usquam patet
aditus: Quod & insignis omnis poli-
tioris literaturæ patronus Erasmus,
ubi de Educatione filiarum Thomæ
Mori differit hisce verbis disertè nota-
vit: Nulla res, inquit, sic totum puel-
læ pectus occupat ut studium. Quo-
modo enim mundi hujus choragium,
exemplorum speciosam authoritatem
& sæculi impotentis vanitatem, non
tutò sperneremus, cum ex alto sapien-
tiæ fastigio hæc terrena despiciamus?
Deinde, cum non minus ad officium,
quam ad fœlicitatem omnium perti-
neat, ad primigeniæ nostræ originis
perfectionem (à qua nemo nostrum
non defecit) contendere, utique alla-
borandum est, ut in suprema mentis
nostræ Regia imago illius qui lux &
veri-

veritas est, magis ac magis relucere incipiat. Quamvis autem Theologiam (ut quæ intellectum maximè perficit) hic utramque paginam facere non infior: tamen nescio quomodo mihi tantæ Regiæ majestatem non satis perspexisse videntur ii, qui eam solam incomitatamque incedere volunt. Et enim quando rerum naturalium volumen introspicimus, quis non videt quam pulchra inter se harmonia conveniant utriusque hujus scientiæ partes? quantum altera alteri subsidii adferat, quantum luminis? Nec quicquam nos morari debet quod quidam tam angustis lineis hoc studium includunt, parum nostra interesse existimantes, Num hæc mundi machina ex atomis confluerit? Num ex Chao informi emerferit? Num corpora quædam cœlestem sortiantur naturam, quædam terrenam? Num suprema mundi moles in gyrum volvatur, an verò vertigine laborent ii, qui non supremam sed infimam circumagi contendunt? Num sol occidens immergatur.

52 A. MARIÆ à SCHVRM. &c.
tur Oceano? Num & antipodibus lumen suum debeatur? Num terra figuram acceperit quadratam, vel rotundam? Num denique universus hic orbis horizonte terminetur? An verò oculorum nostrorum acies? Tales voces quæ in dedecus nostrum vulgò jactantur, si nobis essent audiendæ, etiam per nos liceret, Deum omnium conditorem, qui ad pulcherrima sua opera illustranda, cognoscenda, celebrandaque nos in hoc Theatrum introduxit, suo fine frustrari. Neque enim natura nobis usque adeò noverca fuit, ut inspectione sui nobis interdicare voluerit. Quorsum alioqui nobis indidisset illud, quod omnibus hominibus inesse affirmat Philosophus sciendi desiderium? Quorsum staturam dedisset erectam, nisi ut in contemplationem sui oculos & mentes quoque nostras erigeret? Vtique stipites essemus, non homines; hospites non incolæ hujus mundi, si ad tam pulchra, tam augusta, in quibus æternæ divinitatis refulget Majestas, non afferremus animum excitatum,

tum, & velut divino amore accensum. Nec est quod putemus nos officio egregiè defungi, modo hæc aliquoties quasi per transfennam aspiciamus. Ita enim non ut cognoscamus, videmus, sed hoc ipso nos non videre ostendimus, quod ulterius cognoscere non cupimus. Nihil oculis nostris subjicitur homine mirabilius, Nihil animæ domicilio pulchrius: At quantulum illud est quod sola cuticula, aut externa tantum specie æstimatur? Quam misere nobis erubescendum ad tam præclaros Ethnicorum hymnos, quibus illi passim dum altius naturam rimantur, & rimando propius ad primam omnium causam accedunt, laudes summi opificis decantare solent. Præterea quotiescunque ad sanctarum literarum sidus animo convertimur, quis negabit nos tot exemplis sanctorum hominum, qui hinc Deum suum celebrandi materiam arripuerunt, ad ejusdem gratitudinis præstationem obligari? Cæterùm, ut nihil jam in genere dicam de historiarum studio, quod hodie fere in

54 A. MARIÆ à SCHVRM. &c.
gynæceis & magnatum aulis obtinet,
tantum obiter lustrabimus num & pri-
vato cuique conveniat rerum publica-
rum notitia? Ad praxim quidem usum-
que Reipublicæ illam directè conferre
facilè concesserim : tamen propter
theoriam fructusque peculiare, qui in-
de ad singulos redundant, eam nemini
negligendam esse putamus. Præeunt
& hic nobis sancti Codices, nec præ-
eunt tantum, sed nos eo manu ducunt.
Ibi temporum series per Monarchia-
rum connectuntur periodos ; Ibi ma-
ximorum populorum tum ortus, tum
interitus, vel describuntur, vel prænun-
tiantur ; neque mirum, cum stupenda
Dei iudicia quæ nos jugiter observare
par est, splendidioti in materie appa-
reant ; cumque hæc universa in unius
hominis ætatem incidere nequeant, si
Deus hoc studium omnibus cordi esse
voluerit. An non & cytharas nostras
excitabit admirandi hujus regiminis
contemplatio ? in quam regius psaltes
tota mente defixus, nusquam non ex-
clamat. מה גדלו מעשיך יהוה מאד עמך מה שכבתיך

Forfan

Forſan hic objiciat aliquis, Totum hoc nihil aliud eſſe, quam vitam commendare monaſticam, vel ſpeculatione ſola officii noſtri terminos circumſcribere. Verùm ſic ratio poſtulare videtur, ut prius nobis ipsis, quantum ad noſtri ipſius fœlicitatem ſatis ſit, proſpiciamus: deinde proximo. Fruſtra enim aliis vacandi partes ſibi deſumet is, qui ſibi ipſi nunquam rectè vacavit. Fruſtra aliis conſilio, aut factis prodeſſe fataget, qui ſibi ipſi prodeſſe nequit; Fruſtra denique ad converſationem civilem, ſive *ὕψηλοτέρης* Chriſtianorum *πληρείας* vinculum adſpirabit, qui domi ſuæ peregrinus eſt. Quænam obſecro temeritas foret ignorantia, aut vulgi opinionibus ſuperſtruere velle totam illam *οἰκονομίαν* moralium virtutum: immo ſi caſum excipias, omnis ævi exempla docent, tantis Divis, niſi magna & ſolida ſcientia inſtructus accedat, fœliciter litare neminem. Illa nimirum nos præparat, diſponit, redditque idoneos ad bene agendum, & ad molimina præclariorum facinorum

56 A. MARIÆ à SCHVVM. &c.
mentem attollit. Rursum nihil virgini
utilius, nihil magis necessarium quàm
turpe ab honesto, noxium ab innoxio,
decorum ab indecoro discernere. Ve-
rumtamen id ipsum quanta rerum pe-
ritia, quanta dijudicandi dexteritate in-
diget? Atqui cum hujusmodi pruden-
tiam usu discere non ex usu nostro, ne-
que satis tutum sit, utique ad historiam
nobis confugiendum est, ὡς περ ἐν ἰσόπρω
κροσμεῖν ἔ ἀφομοιοῖν πρὸς τὰς τ' ἄλλων δ' ἔρεταις
τ' βίον. Nos inquam, quibus, ubi vel
è sequiore suspitione labes cœpit ad-
hærescere, cum bona fama in gratiam
redire licet nunquam: adeò nimirum
puellis cura incumbit, non tam decli-
nandi mala, postquam irruere; quam,
ne obruant aliquando, præveniendi.
Denique ut jam silentio præteream ar-
tes scientiasque (ut vocant) instrumen-
tales, (quippe quæ principales tan-
quam pedissequæ reginam suam ne-
cessario sequuntur) non possum, quin
verbulo attingam, quibus in delitiis
nobis esse debeat *πλυγλωττία*, præfer-
tim si ad usum, non ad ostentationem
habea-

habeatur. Linguæ enim, fidi custodes sunt, immo interpretes eorum quæ nobis sapiens reliquit vetustas: quæ ubi in suo idiomate nobis loquitur, genuinam animo exhibet sui imaginem, & mira quadam gratia ac lepore sensum nostrum afficit: quod jure merito in omnibus versionibus, quantumlibet optimis, desideramus. Quam porro jucundum, quamque frugiferum sit ex ipsis fontibus doctrinam cœlestem haurire, explicare, probare, si apud te perorare vellem, nihil aliud esset quam, quod in proverbio dicitur, ἡλίω πὸ Φῶς δαειζέειν. Sed ut colophonem tandem his imponam, unum exemplar, quod semper animo meo obversatur, hic afferam. Vnum, inquam, exemplar Principissæ incomparabilis Ioannæ Grayæ: cui nulla gens, nulla ætas (cum omnium pace dixerim) parem suppeditabit. Michael Angelus, Florentinus, qui vitæ necisque ejus historiam plenè ac patheticè describit in colloquio, quod ipsi cum Fecknaimo, vicinæ mortis nuntio, intercessit, hæc

D 5 inter

58 A. MARIÆ à SCHVRM. &C.
inter alia notavit : illam scilicet post-
habitis, quas prætereà insignes à Deo
acceperat, dotibus, & sanguinis nobili-
tate, & formæ decore, & florentis æta-
tis juvena, quibus cætera gloriam ac
gratiam in hoc mundo sibi comparare
potuisset, magno animo pronuntiasse,
sibi nihil in omni vita tam gratum fuis-
se, quàm quod trium linguarum, quas
cruditorum vocant, notitiam haberet.
Quòd si voluptas sive oblectatio, quæ
nobis ab illa re obvenire in hac vita
potest, veræ fœlicitatis nomine venire
debeat, se fateri eam sibi in bonarum
literarum & præsertim sanctæ scriptu-
ræ studio obtigisse. Et licet in fœmina
hujusmodi studia non pauci magno-
pere vituperent, se tamen ob ma-
gnam animi solatium, quod inde tan-
dem percepisset, & etiamnum intus
persentisceret, illorum sententiam à
ratione dissonam judicare. En voces
cygneas, non sub umbra scholarum, sed
sub postremum gloriosissimi Martyrii
actum prolatas, quas oraculi vice quis,
obsecro, non veneretur? Et hæc qui-
dem

dem de rebus minimè ludicris apud te
garrere non dubitavi, freta nimirum
paterni tui erga me amoris indul-
gentia. Sed abrumpo, ne nihil non
dicere voluisse, aut tuarum occupatio-
num prorsus immemor fuisse videar.
Vale multis nominibus mihi chare pa-
ter, & conjugii tuæ dilectissimæ meis
verbis salutem impertiri ne graveris.
Trajecti, VIII. Idus Martis, c l o l o c
X X X V I I I.

Qua à nutu tuo tota pendes

ANNA MARIA à SCHVRMAN,

Nobi-

60 A. MARIÆ à SCHVRM. &c.

*Nobilissima & in omni virtutum genere
excultissima Virgini,*

A N N Æ M A R I Æ
A S C H V R M A N

S. P.

Dissertatio tua elegantissima pro tuo sexu, & ingeniorum muliebrium ad omnes liberales artes & scientias capescendas aptitudine, virorum ingenia adæquante, forsitan & superante, me aliquandiu suspensum tenuit. Ab una parte pudebat vadimonium deserere, & causam nostram indefensam relinquere. Ab altera ingratum erat ei adversari, cui potius manum dare animus esset, à qua etiam vinci jucundum & suavissimum, præsertim cum id agas summa cum modestia, nec tamen quicquam omittas eorum quæ ad causam tuam faciunt, oratione disertissima & argumentis densa. Occasio tibi enata est ex meis verbis in quadam Epistola, in qua cum institutum tuum laudarem, & profectum admirarer, non patiebar id commune fieri, quod
tibi

tibi & paucis aliis proprium existimabam. Nolui ergo ferre ut inter admiranda referrem quod in te videmus. Plurimum hoc esse voluisti, ut in turba lateres, & nihil tibi singulare tribueretur. Multum vales ad persuadendum, sed hic tamen frustra es: Neminem qui te novit in sententiam tuam es pertractura. Sed hoc etiam est modestiæ tuæ, quod a versos à tuis virtutibus cupis omnium oculos, ut in alios plures se convertant. Ignosce mihi, si dicam rem verba tua non secuturam, nec si à nobis obtineas quod moliris, posses in sententiam tuam pertrahere mundum muliebrem. Itaque aut sola pugnabis, aut cum paucis, ab aliis omnibus deserta, quarum nec ingenia, nec mens ad talia inclinat. Dices voluntatem deesse non facultatem, quod etiam in viris accidit. In quibusdam non negarem, sed tamen si mores & studia sequuntur temperamentum corporis, certum est autorem naturæ, ita efformasse diversos sexus, ut significaverit se ad alia destinasse viros, ad alia mulieres. Non ignoras qua ratione sagax Ithacus à filiabus regis hospitis Achillem, quantumvis indutum
amictu

62 A. MARIÆ à SCHVRM. &C.
amiētū muliebri, discreverit. Non dicam
cum veteri Poëta, dedit natura τοῖς ἀνδράσι
Φρόνημα γυναιξὶν ὅκιν εἶχε. Neque tam ini-
quus sum sexui vestro, nec ita Deo inju-
rius: sed hoc certum mihi videtur, civi-
lem prudentiam ut plurimum aliam esse
debere à muliebri, & descriptionem mulie-
ris fortis & strenua, quam Spiritus Dei
per Salomonem laudat, ita institutam esse,
ut à studiis eorum longè distent, quæ ei ma-
ximè laudanda tribuuntur. Hypothësis
mea quam ponis hæc fuit, nec fortè expe-
diat multas hoc vitæ genus eligere, suf-
ficit si nonnullæ ad id speciali instinctu
vocatæ, aliquando emineant. In quo?
Nempe in studiis Philologicis, Philosophi-
cis & similibus, ubi agitur de variarum
linguarum peritia, & de tota illarum disci-
plinarum congerie quam ἐγκυκλοπαιδείαν
appellant. Ego etiamnum in mea senten-
tia persto, nec expedire, neque è re esse. Iam
multum est quod protinus, ut ais, assentiris,
si matronas intelligam æconomicis rebus
implicitas, aut quascunque alias rei fami-
liari necessario consulentes. Certè quibus
id incumbit, maximam vestri sexus par-
tem

tem faciunt: reliqua præ his exigua est portio. Nec etiam puto te velle, omnes quæ à necessaria rerum domesticarum cura sunt exemptæ ad literarum studia idoneas esse. Itaque, si quod scripsi tantum spectes, nulla erit inter nos controversia, aut perexigua erit, etiamsi questio agitetur, quam postea principalem statuis. Num virgini, hisce temporibus potissimum conveniat literarum bonarumque artium studium? Nisi Virginis nomen indefinitè positum universaliter intelligas, vel communiter accipias. Alioquin id de nonnullis facile concessi, ad id speciali instinctu vocatis. Quid si addam id etiam me concedere de quamplurimis, vel expetere? Sed vellem id studium prius limitari quousque procedere deberet, quibus in artibus & scientiis subsistere, qua ratione instituumdum esset & promovendum, ut etiam in eo locum habeat, ne quid nimis. Vellem præterea, muliebrium studiorum finem constitui, quo posito ea seligerentur quæ ad eum finem essent idonea vel necessaria. Nam cum extra controversiam positum sit, sexum fæmineum ad munia Politica

&

64 A. MARIÆ à SCHVR M. &c.
& Ecclesiastica, maximè ad publicè docendum non esse idoneum, cur de ea eruditione acquirenda laborarent virgines, quæ ad eos fines spectant à quibus arcentur? Nisi fortè paucas excipias, quæ in nonnullis populis ad successionem regnorum, ubi mascula proles deficit, admittuntur. Docere (ait Apostolus) mulierem non permitto, neque authoritatem habere in virum: sed esse in silentio. Id si mulieribus injunctum sit, virgines maximè docere non ibis inficias, proinde, nec eis opus esse exacta eruditione quæ spectat rationem bene dicendi, si usum respicias; nisi fortè id objicias, quod etiam facis, ad id profuturam bene dicendi artem, ut de aliorum qui praxim illam exercent, industria judicet. Sed apud quos? illud enim judicium premere debet præ honesto pudore. Idem dicam de arte differendi: mihi enim id facile dabis, non satis convenire cum omnibus moribus virginis argutias captare, & inter disputantium greges contentionis funem ducere: Sufficiat si naturali solertia usus aliquis, & experientia accedat tam ex communi conversatione, quàm ex publica in Ecclesia
insti-

institutione, in qua eis non denegatur, λόγος ἀκοῆς. Quod autem ex eo infero, eas ad disciplinas, vel aptissimas esse, vel saltem iis commodis abundare, quæ viris non suppetunt; quia in otio honesto versantur, exemptæ civilibus curis, id mihi non videtur evincere quod intendis. Primum, quia si spectemus eam ætatem quæ ad discendum est aptissima, virilis sexus est in pari gradu usque ad μέτρον ἡλικίας, antequam non admovetur publicis curis. Secundum, quia in tali otio non debent educari virgines, ut possint semper vacare ingenii cultura; habent enim & illæ quod agant domi, quandiu sunt sub parentum potestate, ita ut non possint illud otium sibi adscribere, de quo Seneca, otium sine literis mors est & vivi hominis sepultura. Nec tamen omnes ad colum & fusum damnare vellem, ita ut graviores curas nunquam admitterent, quamvis id non sint indignatæ Principes olim fœmina, sive apud Græcos, sive apud Romanos, sive Ethnicos, sive Christianos. Non existimo tibi non lætum fuisse elegantem Ludovici Vivis de fœmina Christiana libellum: Perpende sa-

E des

66 A. MARIÆ à SCHVRM. &C.
des lib. I. cap. III. totum de primis puellarum exercitamentis: ibi videbis in laude semper fuisse positum, si non solum matronæ, sed potissimum virgines, etiam Regiæ, se occuparent in iis opificiis, quæ manuum operationem requirunt, etiam iudice Spiritu sancto. Nec ideo tamen in aliud illud extremum imus, quod nec ille fecit, qui quartum caput adnectit de doctrina puellarum, in quo eleganter & solidè questionem illam pertractat; Quenam eruditio sequiori sexui conveniat? Mihi enim non succensebis, quamvis reluctante Gornaccina, si cum Apostolo censeam, τὸ γυναικείον οὐκ εὖος ἀδελφείον, si in Vivis sententiam pedibus eas, facile inter nos conveniet, nec vobis invidemus Sempronias, Cornelias, Lelias, Mutias, Cleobulinas, Cassandras, Hortensias. Non Christianas Enonias, Paulas, Albinas, Pellas, Zenobias, Valerias, Probas, Eudocias. Non Grayas, non Olympias Moratas, & quas cunque veteribus addere volueris, quæ nostra, aut patrum nostrorum memoria, sexum vestrum decoraverunt: Dummodo id constet apud omnes raras esse aves in terris:

terris : non quòd fortasse plures esse non possint, sed quòd neque sit ex usu, neque è re publica; quodque in viris commune esse debet, in fœminis, si spectemus Reipubl. & Ecclesiæ commodum, sit minus frequens & prodigii instar, quale id fuit olim, quod mulieres visæ sunt in armis stare & viris occurrere in acie, atque dimicare. In populo Dei rara fuerunt Deboræ, & Iaëles: nec satis fœliciter cessit Ioanna Lotharingæ hæc palæstra, quam vivicomburio addixerunt Angli, quantumvis Aurelianensibus nostris velut altera Pallas colatur, cuius tamen pudicitia, etiam inter ejus adoratores in ambiguo est. Sed id genus vitæ asserendum non suscepisti, sat scio. Aliud est quod moliris & convenientius, fateor. Sed priusquam persuadeas, vellem ut mihi institueres collegia mulierum eruditæ, in quarum Academiis virgines illæ, quas his studiis addiceres excolerentur. Ut enim sint omnes ἀνοιδία), vel parentes domi habeant, qui id in se suscipiant, quod tibi fœliciter contigit, non facile ipsa admittes. Nec tamen deceret eas virorum scholas, mixtim cum pueris frequentare. Ipsa mihi

hoc ipsum concedes, quantumvis literarum bonarum studium & linguarum, præsertim earum in quibus verbum suum nobis consignavit Deus maximo sint adjumento iis qui verum Spiritus sensum eruere debent, non cuiusvis tamen dari ex ipsis fontibus immediatè haurire, nec eo quosvis pollere iudicio, ut possint ambiguas voces, vel phrasas ita distinguere, & aptissima seligere. Multis salubrius esse, si rivis sint contenti, quibus sæpe id evenit, ut quæ in vulgari sua lingua habent ab aliis parata, dum humiliter & demissè, invocato Dei nomine, legunt attentè, eos sensus investigent & eliciant qui linguarum peritissimos latuere. Non tamen id propterea dico, ut laudes earum imminuam, quæ usque ad eò tecum profecerunt, ut codices sacros sua lingua loquentes possint intelligere. Sed ne ea quibus uteris argumenta scrupulum injiciant earum animis, quæ desperant se paria vobiscum facere posse. Opera Dei magnifica, de quibus Psaltes, celebrari possunt ab omnibus, quamvis pauci sint qui cælorum rotatus, planetarum aspectus, & stellarum influxus, aut similia ad unguem noverint.

verint. Imo sæpe accidit, ut qui in talibus maximè versati existimantur, à Deo defle-
 ctere videas, ut natura omnia tribuant:
 Et contra, qui simplici aspectu utuntur, ad-
 mirabilia Dei opera attoniti celebrent, &
 in eorum autore toti acquiescant, quando
 doctissimi quique in talibus frustra ingenia
 sua fatigant, & post longas disquisitiones
 vento pascuntur, de quorum sapientia il-
 lud sapientissimi regis interpretor, רב הַכֶּמֶה
 רב־דָּעַם וְיוֹסֵף דַּעַת יוֹסֵף סִכְאוֹב
 Sed tu veram
 illam quæris & ambis, quæ in Dei timore
 & mandatorum ejus observatione consi-
 stit, à qua absit, ut vel te, vel alias ullas
 sic animatas deterream vel avocem, qui
 nihil magis in votis habeo, quàm ut apud
 nos frequens sit illud à Propheta prædi-
 ctum, & initio prædicationis Evangelicæ
 ex parte impletum, μετρηθήσονται οἱ υἱοὶ
 ὑμῶν, & αἱ θυγατέρες ὑμῶν. Gaudeo te in iis
 esse, & talem mihi filiam contigisse ex vo-
 to meo & consensu suo, quam ego

Et affectu verè paterno amplector, & ea obser-
 vantia colo quam ejus virtutes merentur,

Haga-Com. xviii. Mart.

CLCXXXVIII.

ANDREAS RIVETVS.

E 3

Viro

70 A. MARIÆ à SCHVRM. &c.

Viro Clarissimo, & Reverendo in Christo

Patri meo

D. ANDREÆ RIVETO,

S. P.

QVOD tot tantisque negotiis occupatus, tam copiosè ad nugas meas respondere dignatus sis, vir Reverende & in Christo Venerande Pater, vel imprimis humanitati tuæ debeo. Prima quidem fronte nonnihil me perculit tua sententia, ut quæ causæ nostræ non parum videbatur adversari: verum omnibus penitus perspectis, intellexi eam quoad summam, quam optimè cum votis meis convenire. Interim tamen non levi dolore me affecit, quod videam meæ in scribendo obscuritatis vitio, aut fortè distinguendi imperitia accidisse, ut longè diversum à mea mente impresserim animo tuo sensum. Quasi scilicet invidiosæ ac vanæ assertioni de nostri sexus, cum vestro collati præeminentia adeò impensè faverem, ut illam apud te (cujus pretiosissimo tempori, vel tantillum detrahere penè religio est) otiosè

sè ventilare auderem. Nam ita te accepisse percipio totum quem contra morem hodiernum institueram controversiæ statum. *Num virgini hisce temporibus potissimum conveniat literarum bonarumque artium studium.* Hic, vocem *potissimum* sic interpretaris, quasi eam non comparatè usurparim ad occupationes, sive curas hodiernæ consuetudinis receptas: sed collatè ad sexum vestrum: adeoque fœminas quam viros ad studia aptiores esse contendere. Quæ si statuatur hypothesis, non modo diluta & insulsa videri, quæ pro mea thesi adduxerim argumenta, sed & novæ ac fastuosæ vanitatis meritò in simulari queant. Tantum verò abest, ut hoc cum virginali modestia, aut saltem innato mihi pudore congruere arbitrer, ut vel perlegere pigeat tractatum cætera insignem *Lucretiæ Marinella*, cui titulum fecit, *La nobilta e l'exelença delle donne con diffetti e marcamenti de gli huomini.* Nobilissimæ Gornacensis dissertatiunculam: *De l'egalité des hommes & des femmes*, uti ab

E 4 elegan-

72 A. MARIÆ à SCHVIRM. &c.
elegantia ac lepore improbare minimè
possum: ita eam per omnia compro-
bare nec ausim quidem, nec velim; li-
cet ad sapientum testimonia, quæ illa
nobis exhibuit, brevitatis causa provo-
carim. Ego sanè si quæ in nostro ordi-
ne virtutes prædicari jure debent, eas
partes vobis egregiis virtutum præco-
nibus deferri maximè cupio. Siquidem
nobis solius conscientix theatrum ab-
undè sufficere par est. Scopus autem
quem hic intendi non alius omnino
fuit, quam ut tuum de otio nostro
quam optimè impendendo judicium
distinctè exacteque cognoscerem. Id-
que quo facilius assequerer, è tuis ver-
bis, quæ problematicè proposueras,
*nec fortè expediat, inquiring, plures tales
esse*, occasionem arripui: non ut eorum
quicquam impugnarem, sed ut in ge-
nuinum animi tui sensum accuratius
inquirerem. Subjeci insuper meam,
quam æquo consentaneam putavi opi-
nionem, aut potius in mei similes affe-
ctum. Argumenta denique varia ad
mentem nostram illustrandam, non
alio

alio fine attuli, nisi ut pro tui iudicii acrimonia dispiceres, nunquid tibi contra solitas ignorantiaë voces, ac tyrannicas consuetudinis leges valere viderentur. Hæc pauca latius persequenda esse censui, ut de animo meo, quem tibi scio pro omni ratione sufficere, luculenter constaret. Bina quæ mihi legenda indicaveras, *Ludovici Vivis* capita cum præcedentibus magna cum voluptate relegi, ubi revera tam concinna tamque præclara Christianæ fœminæ instituendæ norma præscribitur, ut dignissimam eam iudicem, quæ hodie virginum studiis quam arctissimè adhibeatur. Quocirca magnopere mihi gratulor, cum nobis contigisse sententiæ tuæ interpretem, cuius auctoritatem ut alias facio plurimi, sic & in hac causa libentissimè amplector. Vale charissime Pater, & ut nuper redintegrata tua valetudine, diu perfrua-
re, summum numen veneror ac precor.
Ultrajecti 1638. pridie Idus Martis.

Quæ te intimo animi sensu diligit ac colit

ANNA MARIA à SCHYRMAN.

E 5

Nobi-

74 A. MARIÆ à SCHVRM. &c.

Nobilissima, & sine exemplo Virgini,

ANNÆ MARIÆ

A SCHVRMAN,

ADOLFVS VORSTIVS, ÆLII F.

Ὁ πρῶτον.

Am biennium est, Domina, quod
nec Ultrajectum viderim vestrum,
nec te, maternæ mihi urbis sydus
splendidissimum. Tum verò, quod miran-
dum multo est magis, nihil intereà loci
utrinque datum litterarum, quo cæptæ
pridem inter nos amicitia sacrosanctum
illud fædus firmaretur. Quid igitur? pa-
tiémur ne eam sic intercidere? Μὴ ἴσοιτο,
ὦ ζεῦ Φιλίε. Scribo proinde in præsens, &
Deum principem, qui omnem hunc regit
mundum, testor, nihil meo in te affectui,
nihil tuarum venerationi virtutum, tam
pertinaci silentio decessisse; quin augeri
hæc indies potius ac crescere in nobis, ta-
citis simul augescente incrementis divini
ingenii tui cultu profectuque. Quod uti
credas, mitto ejus rei pignus certissimum,
Orationem meam, quam in funere viri
&

& amici summi, Petri Cunæi hisce diebus
 recitavi. Susceperam equidem id oneris
 non tam ulla eloquentiæ fiducia, quàm
 pietatis professione erga defunctum. Quã-
 quam autem affectui plus debeant, quam
 arti, aut Rhetorum $\mu\upsilon\pi\omicron\sigma\theta\eta\kappa\iota\omicron\iota\varsigma$, quæ dixi-
 mus; usque eo tamen nonnullis meorum
 amicorum placuerunt, ut publici ea juris
 facienda esse existimarent. Dedi hoc quoq;
 ipsum memoriæ hominis amiciissimi; cui,
 ut vides, nostratum poëtarum nobilium
 chorus parentare mecum voluit. Vtinam
 & tu, poëtria non infelix, inter hosce com-
 paruisses, atq; ipso ostendisses opere, te non
 erectas modo noviter Academiæ, sed A-
 cademiarum etiam extincta præclara lu-
 mina æternitati consecrare posse. Inhor-
 rui nuper cum te Virginem delicatulam,
 & quam decent egregia atque polita om-
 nia, severissima quæque studia, & spino-
 sa insuper, tractare intellexi. Utque, quod
 res est, dicam, obstupescit me non vulga-
 riter $\omicron\upsilon\iota\delta\alpha\epsilon$ & ille, cum imagine tua in-
 sertus victuro poëmati Belgico viri ma-
 ximi, nec citra verborum honorem mihi
 nominandi, Iacobi Catsii, quo varias at-
 que

76 A. MARIÆ à SCHVRM. &C.
que inusitatas industriæ, doctrinæq; tuæ
dotes complexus is est, Deus bone! tene
Virginem intactam, nullum propemodum
genus disciplinæ sinere intactum? ipsum-
que adeo scientiarum orbem invadere
universum? Relinque Domina, relinque,
quæso, sexui nostro aliquid, & noli in-
genio tuo, quanquam capacissimo, im-
perare nimium. Ε'νι πᾶσιν μέτρον ἄρειον.
Utique litterarum quoque, sicut alia-
rum rerum omnium, quedam intempe-
rantia est. Cum tamen ad bonam men-
tem, cui tu præ cæteris rebus studes om-
nibus, paucis opus habeamus litteris, &
ex scientiâ modum tenuisse, summæ sit
scientiæ. Sufflaminanda es, non in-
flammanda. Vide libertatem meam, vi-
de sollicitudinem. Et hanc & illam ve-
lim habeas tanquam optimi candidissi-
mique pectoris indices genuinos. Cogita
non solos te præcones laudum tuarum
admittere debere, verum honesta etiam
& salutaria monentes amicos. Haga à
te præfertur Lugduno, & nostram insa-
lutatam præteris urbem, in qua tamen
non minoris te fieri scio quàm alibi. Hoc
me

me urit nonnunquam. Indulge aliquan-
do tui presentiam nobis, & meam Ca-
tharinam, exemplum illud pudicitiae mo-
destiæque matronalis singulare, quæ mihi
non libros, sed liberos hætenus quinq;
peperit suavissimos, coram cognoscere ne
tibi sit grave. Mea tibi domus semper
erit exposita, nec gratiorem hospitem ea
exceperit unquam. Vale ac salve, nobi-
lis doctaque Virgo, à me meaque ex ani-
mo, & novum hunc, qui præ foribus est,
annum felici auspicio ingredi. Certè
is qui jam expirat, non Reip. modò, ve-
rum & Acad. nostræ verè fatalis atque
funestus fuit. Salveat à me præstantis-
simus quoque Frater tuus. Lugd. Bat.
Anno clō Io c xxxviii. pridie Na-
talis Ἐ Θεανθρώπου καὶ σωτῆρος ἡμῶν
Ἰησοῦ Χριστοῦ.

Viro

78 A. MARIÆ à SCHVRM. &c.

Viro Clarissimo

D. ADOLFO VORSTIO,

S. P. D.

ANNA MARIA à SCHVRMAN.

ITA est ut scribis, Vir Doctissime, fatis diu nostra in scribendo cura studiumque cessavit. Nec tamen in in eam opinionem adduxisti amicitiaë tuæ fidem, ut illius integritati (quam nimis *περίεργως* præmunire studes) quicquam decessisse arbitrer: quippe, cum & ego in eadem culpa sim, iudicium facile ex animo meo de tua facere possum. Lubens vidi orationem tuam, qua viro incomparabili parentare voluisti; nec vidi tantum, sed & magno-pere probavi: tum verò maxime quod nectare pietatis Christianæ Lectorem nusquam non perfundat; nec tamen ideò, vel minimum, à Romanæ eloquentiæ puritate recedat. Alios passim videas, dum in simili versantur argumento, nulla re magis applausum coronæ affectare, quam si Gentilium querelis,

querelis, votis, precibusque (quia scilicet hæc apicem omnis leporis atque elegantiaë constituunt) auditorum aures obtundant. Omnes (ni fallor) fatebuntur se Ethnicorum sacra detestari: & nihilominus non vident histrionicum esse potius, quam genuinum ornatum, qui personæ, cui adaptatur, minime convenit. Ad nostra studia quod attinet, non adspirant ad tam sublime eruditionis fastigium, ut vestri sexus invidiolam promeruisse videri queant. Ut rapidum flumen trajecturi, etiamsi altiorem cursum primo teneant, longe tamen infra scopum, quem sibi ante proposuerant, appellunt: ita in hoc sapientiaë stadio ad τέλος τέλος contendere quidem licet omnibus, pervenire autem contingit paucissimis, quos, scilicet, ut Poëtæ verbis utar,

— *aquus amavit*

Iupiter, aut ardens evexit ad æthera virtus.

Omitto nunc quod nos imprimis, si vestraë sortis δδαιμονία hac in parte respiciamus, & ingenii viribus, & sub-

puis qu'autrement je ne puis. Et sur toutes choses je vous recommande, comme Ciceron fait si souvent à sa fille, la santé. Sans laquelle nous ne pouvons servir à Dieu, ni aux hommes, & sommes un fardeau à nous-mesmes. *Studia non sunt inventa ad crucem, sed ad oblectationem.* Keckerman homme tres-docte apres avoir perdu sa sante corporelle, dit, *Mallet fuissè bajulus quam Philosophus.* Plinius ait, *est aliquis morbus per sapientiam mori.* Passage qui est fort vexé parmy les critiques. Nous le pouvons appliquer aussi à cette matiere. Il y à mesme des excès au desir des sciences. & c'est un pesant fardeau que le grand sçavoir. Il y va ne plus ne moins que des riches qui ont autant de peine pour garder ce qu'ils ont acquis, que pour acquerir. Tantost une langue vous eschappe tantost l'autre. En fin Salomon dit, qui s'amasse science s'amasse chagrin. Pieté & la crainte de Dieu est la vraye sapience. S. Augustin dit fort bien touchant les hautes charges de ce monde, *Per quot pericula ad majus pervenimus? Amici autem Dei*

82 A. MARIÆ à SCHVRM. &c.
si velimus esse, nunc sumus. Nous pou-
vons dire le mesme touchant les sciences.
Par combien de fascheries & peines ve-
nons nous à des plus grandes? mais si nous
voulons estre vrayemēt sçavans il ne faut
qu'aimer de tout nostre cœur, celui qui est
aimable sur toutes choses. & ce que nos
entendemens ne peuvent comprendre, que
nos volontes pour le moins aiment & che-
rissent. Non que je vous veuille, Mada-
moiselle, destourner des estudes tout à faiēt,
mais que vous preniez un peu, de relasche
& que vous ne chargiez par trop vostre
memoire. Est modus in rebus. tout est
mesuré & borné. & en cela mesme gist la
beauté de l'univers qu'il y aye des igno-
rans, qui par leurs ombres reslevent la
clairte des doctes. Prenez la peine, s'il
vous p'aist, de lire la loüange qu'Erasme
à faiēt de la folie. Car il faut mesme que
les choses contraires nous guerissent, com-
me les semblables nous nourrissent. Vostre
corps devient foible pour estre par trop
chargé des choses serieuses. il faut que les
plaisantes, vous recreent un peu. Je vous
envoye (vous le prendrez en bonne part
s'il

83
87
EPISTOLÆ.

*s'il vous plaist) l'Idée de la medecine des
Anciens. qui est faicte par D. Bever-
vuijck, Medecin de nostre ville. Vale-
tudinem tuam cura diligenter, & me
inter æstimatores ingenii tui numera,
quandoquidem semper ero*

Tuus omni officio

Dordrechtii VII.

ANDREAS COLVIVS.

April. cIo IoCXXXVII.

A MONSIEVR

D. ANDREAS COLVIVS.

Monsieur,

PVIS que ce m'est un tres-grand
contentement qu'il vous plaist de
m'entretenir quelquesfois par vos
doctes lettres, vous ne trouverez pas
estrange que je desire de me le conti-
nuer: & que pour attirer le torrent de
vostre sçavoir je me face une ouver-
ture par le moyen de vous contredire.
Je veux donc soustenir avec vostre per-
mission, qu'en la derniere que vous
F 2 m'avez

84 A. MARIÆ à SCHVVM. &c.
m'avez fait l'honneur de m'escire,
vous rabattéz (ce me semble) un peu
trop du prix de la Science, ne me vou-
lant permettre que je m'en face pro-
vision à quelque despens de la santé
corporelle. Car la raison nous ap-
prend, que c'est chose beaucoup plus
inique & plus insupportable d'affamer
les genereux desirs d'un esprit enflam-
mé par l'amour de la verité, que de re-
buter ces fous trop delicats par une
commodité exterieure. *Animi impe-
rio, corporis servitio magis utimur.* Non
que je veuille nier qu'il y puisse avoir
de l'excez dans ces desirs qui n'ont
pour object que des curiositéz vaines
& superflues: mais je veux dire que la
cognoissance des choses salutaires est
une perfection si excellente, & si pro-
pre a l'homme, qu'elle ne scauroit
exciter dans une ame une passion vi-
cieuse ou d'ereglée: & que c'est faire
tort à ceste qualité celeste que de la
mettre en balance contre une qualité
terrestre. Je scay bien qu'on me dira
que je suis plus que Stoicienne en ce
point,

point, & que j'affecte plus l'austerité
que les Philosophes mesmes, qui nous
diront avec le Poëte,

*Orandum est ut sit mens sana in
corpore sano.*

La replique est, que c'est une plus
grande stupidité d'estre insensible à la
raison, laquelle nous fait resoudre
(d'autant que ces deux biens sont si ra-
remement sociables, que l'un ne peut
quasi s'accroistre sans la diminution
de l'autre) de souffrir la perte de la par-
tie qui nous doit estre moins confide-
rable. Or vous insistez que les fon-
ctions de l'esprit dependent tellement
du corps, que sans sa bonne constitu-
tion elles demeureront oisives & inu-
tiles au service de Dieu & des hom-
mes. A quoy je respons, que ceste sorte
de maladie qui est si familiere aux
gens d'estude, n'a pas tant accoustu-
mé d'assujettir l'esprit, & de le ren-
dre esclave du corps que de rendre le
corps plus spirituel & plus obeissant
aux excercices de l'esprit, comme les
exemples de M. I. Calvin. Ios. de la

86 A. MARIÆ à SCHVRM. &c.
Scala, I. Lipsius, & de tant d'autres
nous en rendent tesmoignage. Quant
à ce vœu du grand mignon de lettres
Keckerman (si toutesfois le tesmoing
qui vous l'a recité est sans reproche)
je croy que ç'a esté plustost un mot
d'impatience que d'un courage digne
de luy mesme. Autrement il faudroit
advoïer que Brutus mesme n'auroit
pas esté si ingrat envers la vertu quand
il pretendoit de l'avoir servi comme
une maistresse desloyale, que ce grand
personage ne l'eust esté encores, plus
envers la Philosophie: veu que par sa
faveur il à trouvé dās la brieveté de ses
jours une vie plus longue que celle de
Nestor. Certes le nōbre & la grandeur
de ses ouvrages nous monstrent asséz
que la sentence Arabesque est tres-

veritable, يَوْمٌ وَاحِدٌ لِلْعَالَمِ أَخَيْرٌ

مِنْ أَلْحَيَاةِ كُلِّهَا لِأَجَلِهَا

ce que Seneque nous dit en son lan-
gage, *Vnus dies hominum eruditorum
plus patet, quam imperiti longissima etas.*

Tou-

Touchant la sentence de Pline je ne diray rien sinon qu'il me suffit que vous ne sçauriez vous passer de citer des lieux si obscurs qu'il donnent la geine aux Critiques mesme, pour prouver ce que vous vouléz soustenir. je passe à celle de Salomon, laquelle ne conclud rien contre moy, d'autant qu'elle à seulement pour but de nous donner d'un costé une preuve de la vraye sâpience dans ses effects; à sçavoir la pieté & la crainte de Dieu: & de l'autre, une certaine marque d'une science vaine & inutile en ce qu'elle produit le chagrin à ceux qui la pourchassent. Il reste encores que je renge S. Augustin de mon costé, qui ne semble rien requerir que le vouloir pour estre ami de Dieu; ce qui ne me sera pas difficile, pource que parlant en ce lieu *σωκεδοχικῶς* il n'entéd pas d'exclure les autres parties qui y sont requises. Le commun proverbe nous dit fort bien, *Ignoti nulla cupido.* voire G. de Nazianze ose affirmer en termes expres, *Tantum diligimus quantum cognoscimus.*

88 A. MARIÆ à SCHVVM. &c.
Et de fait quand je passe de l'oeil sur
tant de belle matieres qui nous seruent
d'eschelle pour nous conduire à la co-
gnoissance de la premiere cause, il me
semble que ce seroit une grande ingra-
titude ou lascheté de nous laisser con-
finer dans des bornes trop estroits.
J'emprunteray icy la bouche d'un He-
brieu nommé par excellence, חכם
pour m'expliquer plus elegamment
par ses paroles, כדעה שככדה לדעת את השם,
כיון סוד כל החכמות ובעבור ים לבדו נכרא האדם
רק לא יוכל לדעת אתיו' עד שילמוד חכמות הרבה שהם
Bref כמו סולם לעלות אל זאת המעלה העליונה
l'Ecriture sainte dont l'intelligence
est d'autant plus douce & plus accom-
plie qu'elle est plus ample & plus uni-
verselle, ne nous invite pas seulement
a l'estude des langues originelles & des
sciences instrumentales, mais elle nous
engage aussi à la recherche de tant des
sciences principales dont elle nous
propose de si belles pieces, comme
nostre professeur Voetius à fort bien
remarqué dans ce presche imprimé,
qu'il fit devant l'inauguration de no-
stre

stre Academie. I'ay voulu user plustost de c'est argument que d'aucun autre, à cause que la Doctrine celeste est aussi necessaire pour la felicité des femmes que pour celle des hommes. Or s'il nous est permis d'entrer avec vous en ceste lice, certes il ne nous faut laisser les occasions oisives ny les heures steriles : & ce d'autant plus que nostre sexe, n'ayant pas l'esprit si fort & si capable que le vostre, à besoin de chercher son avantage en l'assiduité, & en la vitesse. Et par ainsi c'est user de vostre indulgence, & non pas de la severité de vostre jugement, que de me vouloir divertir par les estudes de recreation, ou vostre lettre semble avoir sa visce. Finalement, vous monstréz ce que peut l'art de bien dire, en donnant à l'ignorance si bonne grace qu'elle pourroit quasi charmer son ennemi mesme, & pour me faire encors mieux considerer ses attraiçts, vous m'envoyez à la lecture de la Morie d'Erasmus. Quant à moy, je n'ay pas eu l'occasion jusques icy de voir ce gentil traitté

F s dont

90 A. MARIÆ à SCHVRM. &c.
dont je fais grande estime. Bien que
ny l'autorité de l'Auteur ny toute son
eloquence ne me sçauroit persuader
qu'il y ait de la felicité à faire les om-
bres qui par leur obscurité relevassent
l'esclat des sçavans, ou que la beauté
del'Vnivers nous doive estre si recom-
mandable, que pour faire mieux pa-
roistre ses plus belles parties, il nous
faille contenter d'y estre un monstre.
Voyla, Monsieur, combien je m'ap-
proche de la folie quand je veux faire
la serieuse; & combien je suis contraire
à moy mesme quand j'ay dessein de
vous contredire. Mais quoy qu'il en
soit tous nos differens reviendront
tousjours à ce poinct, que je suis &
sçray toute ma vie

Monsieur

*Celle qui plus sincerement aime &
estime vos Vertus*

D'Utrecht le 9.
de Sept. 1637.

ANNE MARIE de SCHVRMAN,

Nobilissima atque Eruditissima

D^æ ANNÆ MARIÆ

A SCHURMAN,

S. P. D.

IACOBVS LYDIVS.

NON est quod Te, Nobilissima Schurmana, admiratio subeat, quod ignotus, per litteras te compellare, & beneficium abs te non vulgare efflagitare haud erubescam. Nam præterquam quod litteræ candoris atque ingenuitatis sibi conscia ruborem pudoremq; istiusmodi eliminant, Vir Reverendus summusque amicus noster D. Colvius eundem planè decoquere iussit, dum non proletariæ eruditioni tuæ comitem comitatem, & ad hominum litteratorum (quorum cultorem atque æstimatorem maximum me profiteor) συζητήσας respondendi promptitudinem ac facilitatem mihi dilaudavit. Nosti, Clarissima, locum vexatissimum, & qui multas insignes fatigavit animas, 1 Cor. 15. ὕ. 29. de baptizatis ἡ ἐπὶ τῷ νεκρῶν; ei lucem affuzdi
ab

92 A. MARIÆ à SCHVRM. &C.
ab illustri tuo spiritu atque ingenii benig-
nissima vena magnopere obsecro, atque
unicè in votis habeo. Præsertim cum ex-
temporalem ad istum locum responsionem
eruditissimam, à N. T. jam pridem datam
non obscuris rumoribus acceperim quod
me vehementiori cupiditate, præmedita-
tam tuam de illo baptismo commentatio-
nem efflagitandi, inflammavit. Neq; enim
me fugit, nihil te prius, nihil antiquius
habere, quam tempus ac studia in rerum
sacrarum indagacione ponere. quod enim
sic erogatur, nã illud lucrum præstantissi-
mum corradit. Equidem animum meum
tuum mihi maximè pascere videor, cum
eruditorum in loci alicujus S. Scripturæ
sensu abstrusiore indagando atque eun-
cleando sanctis vigiliis uti ac frui datur.
Perplacet enim illud patris Casauboni in
Gallia Ecclesiæ Ministri dictum cedro di-
gnum, quo, filium ad Sacrarum Littera-
rum studium accendens, postquam ab eo-
dem Notas in Diogenem Laërtium,
primum ingenii ipsius factum Criticum,
accepisset, in hunc modum respondit: Mi
Fili, laudo tuum studium; verum hoc
scito,

scito, rem gratiores te mihi facturum, si vel unum dictum S. Scripturæ, difficultatibus aliquibus obstructum, explicueris, quam si mille profanorum Scriptorum loca depravata correxeris. *Accedit quod opusculum de Morte affectum habeam, cujus prima pars Belgica poësi mortis contemptum suadet, altera ritus variarum gentium circa agrotos, mortuos ac sepultos soluta oratione exponit. Vereor sanè (utpote qui probè norim quam parum à scientia & eruditione, quæ lectorem alliciat, instructus sim) ne opusculum illud natum simul ac mortuum sepultumque conspiciam; nisi à vivido tuo vegetoque spiritu vita vigorque ei inspi-retur, ut non tetrico horribilique vultu, qualis mortuorum esse assolet, sed hilari atque ἐλευσικῶν obvios intueatur, atque ita seculo nostro arridere & allubescere queat. Quod penitus effectum iri tua ista de baptismo τῶ ἐξ τῶ νεκρῶν dissertatione vel brevissima nullus dubito. Ea propter si hanc à N. T. ubi commodum erit, impetravero, ingenti utique honore ac beneficio, cui par redhostimentum à me profici-*

cisci

94 A. MARIÆ à SCHVRM. &c.
cisci nequit, me maētatum censebo. Vale
χαριτων ιμεροφωνων ιερδν φυτον, & perge
magno raroque exemplo seculum nostrum
ab ingruenti barbarie (quam jamdudum
magnorum virorum praesagivit animus)
constanter vindicare; utpote cujus insi-
gnem in scribendo eloquentiam, mellitis
verborum globulis conspersam, dictisque
sesamo ac papavere edulcatis comptam,
docti omnes merito admirantur. Vale ite-
rum, ac salve plurimum à me & D. Colvio,
cum voto, ut Deus ille unicus Βιодωτωρ
vitam Tibi in longos annos proroget, &
ad patriæ nostræ (invidiosum forsitan ex-
teris) ornamentum quam diutissimè sospi-
tem atque incolumen conseruet. Clarissi-
mo D. Doctori ac Professori Voetio, si gra-
ve non erit, salutem dici velim.

Dordraci * April.
c1515 cxl

Viro

Viro Clarissimo

D. IACOBO LYDIO,

S. D.

ANNA MARIA à SCHVRMAN.

CITIVS equidem ad humanissimas tuas literas respondissem, Vir Ornatissime, nisi aliud ex alio, & præsertim illustris cujusdam virginis afflictissima valetudo nos impediisset hætenus; ut jam taceam, quod à scribendo me deterrere posset, vel sola rei, de qua scribis, difficultas. Certè nimis prolixè interpretatus est nostræ Theologiæ facultatem communis noster amicus D. Colvius, quando autor tibi fuit, ut à nobis efflagitares loci hujus difficillimi explicationem, in qua haud mediocriter etiam summi, uti video, Theologi desudarunt. Mirabilis hîc judiciorum discrepantia est, adeo ut non injuria dixeris, quot capita, tot sententiæ. quæ quidem meditandi nobis ansam præbent, verum seorsim ab iis sentiendi libertatem non tollunt.

Ego

Ego verò, quanquam arbitror tutissimum fore ignorantiam hîc ingenuè profiteri, tamen, quia per vestram expectationem id nobis non licet, saltem aliquid in medium afferam; cumque in tanta caligine & acutioribus & hebetioribus ingeniis eadem penè fors sit, malim aliorum exemplo propriam dicere sententiam, quam alienæ suffragium nostrum commodare. Illud autem inprimis hîc tenendum existimo, Apostolum ad probandam resurrectionem mortuorum gravissimis uti argumentis, quorum singula urgeat acriter, nec non singulis pro pondere cujusque immoretur. Postquam igitur argumentatus est à statu exaltationis Christi, putamus eum commoda transitione descendere ad statum humiliationis ministrorû ejus: qui, dum propagandis Ecclesiis perpetuo invigilarent, maximis ea tempestate persecutionibus & calamitatibus obruebantur, ut hæc miserrima Apostolorum conditio graphicè describitur, 1 Cor. 4. v. 9. Nec parum huic
con-

connexioni favere videtur particula ἐπεὶ, quæ non nisi relatè ad antecedentia hîc sumi potest. Est autem in his verbis: τί πρήσασιν οἱ βαπτίζοντες ὑπὲρ τῶν νεκρῶν, ejusmodi deductio ad absurdum: Si mortui non resurgunt, frustra tot tantosque labores subeunt perfeceruntque pro mortuis, id est pro fidelibus, quos sic appellat juxta ipsam Corinthiorum sententiam, quò aliud inde absurdum possit elicere, ut mox pluribus dicemus. Consequentia optima est; quoniam nulla foret harum perpeffionum retributio, nulla spes gloriationis in die sive adventu Christi: cujus gratia aliàs tantopere delectatur Apostolus Philipp. 2. ὕ. 16. & 2 Cor. 1. 14. & 4. 14. Atqui hoc absurdum, ergò & antecedens. Fortè dicat aliquis; satis amplum præmium est propagatoribus Ecclesiarum, si animæ beatorum immortalitate fruantur. Sed facile id refutatur, ex ὕf. 18. & 19. hujus capituli; præcipuè verò argumento Servatoris nostri, Matth. 22. 31. unde colligimus, tunc agi de composito sive de

98 A. MARIÆ à SCHVRM. &c.
toto homine , cum de resurrectione
corporis disceptatur: quippe utriusque
partis essentialis æterna salus eadem
opera aut asseritur aut negatur. Reli-
quum est ut ostendamus huic exposi-
tioni neq; analogiam fidei, neq; phra-
siologiam Scripturæ, neque ipsum de-
nique contextum adversari. Primum
ad verba *οἱ βασιζόμενοι & βασιζονται*
quod attinet, satis obvium est ea per
metaphoram pro gravissimis afflictio-
nibus usurpari, Matth. 20. 22. & Luc.
12. 50. Nec desiderari hîc poterit ver-
bale *βάσισμα*, quod alias adjici solet;
quia ex more linguæ sanctæ Ellipsis
quandoque est nominis conjugati;
quod & præter alios observat sapiens
Aben-Efra ad Psalmum 13. v. 4. ubi
sic inquit: *השמות בכח הפעלים* hoc est,
Nomina continentur potentia in verbis.
Verba enim textus sic habent: *בן אישן*
שנת המות pro *המות*, quemadmodum ea-
dem phrasis integra occurrit, Jer. 51.
39. Est & frequens hæc translatio in
S. Literis, præsertim in V. T. ut scilicet
per aquas & demersiones, hostes eo-
rumque

rumque persecutiones patheticè designentur, ut videre est, Psalm. 124. Thren. 3. 54. Apoc. 12. itemque Psalm. 69. ubi Sel. Jarchi ὕψ. 2. exponit מים per האומות, & Chaldæus sic $\omega\epsilon\iota\phi\epsilon\acute{\alpha}\zeta\eta$. $\text{דִּמְצוּלָתָא בְּמֵיִן הַיָּם בְּגוֹתָהּ הַיָּם}$ id est, *Demersus sum in captivitate tanquam in aquam profunditatis.* Nec non vers. 15. $\text{פָּצַח וְתוֹ מִן גְּלוּתָא דְּמְתוּלָא לְמוֹנָא וְלֹא אֶטְמוֹעַ אֶתְפָּצִי מִן סְנָאֵי דְדַמְיִן אֲלֵעוּמְקוֹ מוּוֹ:$ quæ sic vertere liceat: *Libera me à captivitate, quæ similis est luto, ut non submergar: redime me ab osoribus meis, qui similes profunditatibus aquarum.* Sequitur $\omega\epsilon\rho\tau\omega\upsilon\nu$ νεκρῶν, quod jam interpretati sumus, *propter Ecclesiam seu electorum causa.* In hac significatione sæpissimè sumitur vocula $\omega\epsilon\rho$, ut 2 Cor. 1. 6. Ephes. 3. 13. aliisque locis ferè innumeris. Electos vero vocat *mortuos* per Ironiam scilicet, quia, juxta erroneam adversariorum opinionem, pro mortuis revera erant habendi. Nec ab ejusmodi figura abludunt iterata hæc verba, $\text{\tau\i\ \kappa\ \beta\alpha\tau\i\ \iota\zeta\omicron\nu\tau\alpha\ \omega\epsilon\rho\ \tau\omega\upsilon\nu\ \nu\epsilon\kappa\rho\omega\upsilon\nu}$, quasi ingeminaret: *Quis velit tanta facere*

100 A. MARIÆ à SCHVRM. &c.
aut pati pro mortuis? Quid autem ve-
tat eos appellare *mortuos*, qui nun-
quam sunt resurrecturi; cum Christus
viventes dicat Abraham, Isaac & Ia-
cob, eo quod aliquando sint certo re-
victuri? Matth. 22. Accedit quod sub-
jectum principale hujus capituli sint
mortui; prædicatum autem eos esse re-
ferrecturos. quocirca insolens videri
non debet, hanc dictionem τῶν νεκρῶν
hic quoque retineri. Præterea articu-
lus τῶν, cujus rationem haberi volunt
viri doctissimi, optimè huic expositio-
ni respondet. Aliud enim est νεκρῶν,
qua voce intelliguntur quivis mortui;
aliud τῶν νεκρῶν, quod de certis quibus-
dam mortuis accipi solet. Deinde, non
obscurum est cum fide Christiana mi-
nime pugnare, quod pro aliorum sa-
lute multa dicantur pati Verbi Divini
ministri; ut satis præclarè hoc osten-
derunt quotquot commentatores Or-
thodoxi à Pontificiorum commentis
vindicarunt verba Apostoli Coloss. 1.
24. cum quibus conferri possunt ea
loca, 2 Cor. 1.6. Philip. 1.14. & 2 Tim. 2.
ψ. 9.

ψ. 9. 10. nec non Eph. 3. 1. Coloss. 4.
 3. Act. 21. 28. & 24. 5. ubi aut de uti-
 litate consolationis, aut de exemplo
 constantię, aut etiam de causa impulsi-
 va seu occasione harum perpeffionum
 sermo est. Denique, universo ordini
 ac dispositioni hujus argumentationis
 bene congruit, ut Apostolus circa fi-
 nem maximè illustria, atque toto quasi
 orbe conspicua exempla proponere
 statuatur; primum quidem in genere
 omnium cœlestis veritatis antistitum,
 tum Apostolorum in specie, quando
 sequenti versu subjicit: τί κ̄ ἡμεῖς κιν-
 δυνάσομεν πάντων ὄργην; post & sui ipsius
 ψ. 31. 32. Ut jam nihil dicam de ana-
 phora in particula τί, quæ continuatio-
 nem ejusdem argumenti non raro in-
 ferre consuevit. Nimia fortè facilitate
 & temeritate hanc scribendi provin-
 ciam suscepimus, modumq; epistolæ,
 præter morem nostrum, excessimus;
 sed id dandum fuit amicis, quorum
 hortatu extra territorium jus dicere
 ausi sumus. Vale. Ultrajecti prid. Kal.
 Majas c l o l o c x l.

De Bataviæ Miraculis, & omnium maximo
 ANNA MARIA SCHURMANNA,
 Nobili & omniscia Virgine, quæ parem nec
 habuit, nec habitura est unquam.

*Hic contracta vides orbis miracula, Virgo
 (Majus id est) Musas exhibet una novem.*

QV A T R A I N.

A ceux qui voyagent en Hollande pour voir les
 singularitez d'icelle, & pour foy-mefme.

*Hollande est l'abregé des merueilles du monde:
 Amis combien est grand le fruit de nos labeurs!
 Mais voicy la plus rare: Vne vierge faconde
 Seule possede icy la gloire des neuf Sœurs.*

In Effigiem

ANNÆ MARIÆ SCHURMANNÆ
 ab ipsa expressam.

*Numina plura simul cernas, hic Pallas in una
 Virgine, tres Charites, Pieridesq; novem.*

Aliud ejusdem ferè Argumenti.

*Fallaci nimium tabula ne crede: Minerva,
 Schurmanna hic, Charitum, Pieridumq; typus.*

A L I U D.

*Ipsa suos vultus pingens Schurmanna, Minervam
 Se, Charitas pinxit Pieridasque simul.*

P E Y R A R E D V S.

CORNELII à SOMEREN

A D

ANNAM MARIAM SCHVRMANNAM

Nobilem & omnisciam Dominam-Virginem,

C A R M E N.

Fœmina quæ ingenio nostros transcendis honores,
 Majorem quâ non integer orbis habet.
 Egregiumque aliquid grandes cecinere Sibyllæ,
 Ista potest ANNÆ blandula Musa loqui.
 Quod natura dedit, Pallas fœliciter auxit,
 Effinxit mores attribuitque decus;
 Mens ignara mali tutum tibi præstat asylum,
 Et justi & sanctæ Relligionis amor.
 Insignis probitas, & rarus pectore candor,
 Mens pia, mens rerum gnara, benigna, sagax;
 Eloquioque lepos, animo sapientia rara;
 Ingenium cerebro judiciumque sedet.
 Exprimere has omnes uno cognomine dotes
 Quod possit verbum, non mihi nosse datur.
 Naribus æthereis gratos quæ fundis odores,
 Pectore dum spiras cœlica sola pio.
 Negligit ast hominum tua rara modestia laudes,
 Dignior hoc ipso laudibus illa Dei.
 Hinc votum pro laude dabo: servetur in ævum
 Magna Dei bonitas quæ tibi summa dedit.
 Perduret studium, semper quo cœlica tractas,
 Insignes sacro codice promis opes.
 Et qua nos sapimus vir dici parte meretis,
 Omniaque elogiis nobiliora meis.

A L I V D.

Omnia SCHVRMANNÆ cedant miracula menti,
 Natura hic posuit quicquid ubique latet.

G 4 EVUR-

EVURTII JOLLYVETI AUREL.

Parisiensis Advocati,

Ad Nobilissimam sapientissimam religiosissimamque
Virginem Mundi totius, omniumque sæculorum
miraculum, meritissima congratulatio,

ANA MARIA SCHVRMAN.

Anagramma.

NASCAR HVMANA MIRA.

*Q*ualis in anfractu Sylva, aut latitantibus antris
Obvia verba refert Echo, gemitusque loquaces
Quicquid amant, imitantur, habent nec pectora vocem
Nec sensum genius, lacrymas, risusque refundit
Hos velut excepit, radicibus arboris, alta
Que ramo frondente polum, pede tartara tangit
Ut primum Augusto collisus murmure fama
Virginis, aternos debent cui nostra triumphos
Sacula, qua patrum poterit delere priores
Ut meritis celebranda caput tot floribus ornet
Virtutis justus quos nectit Olympus amanti.
Forte superba nimis, votis offerre salutem
Musa, animum fulvodudum sub fulmine fessum
Sollicitavit, adhuc veteres ut Apollo favillas
Excuteret, coleretque novas his Virginis aras
Quam Natura sibi formavit, & inde potestas
Mortales docuit, valeat quid dextra, Puella
Ferre, quid à cœlo pretiosi pectora sexus
Excipiant, nunquid generosum pulchra Leonem
Virgo fugat? liberaeque trahit, monumenta, furoris
Esse hostem, fidam justique aequalis amicam.
Ergo salutis honos cessante timore Camœnam
Impulit hærentem, bona quid mihi vota nocerent?

Obse.

Obsequiis firmatur amor mentisque recessu
 Iungimur, haudque obstant animus spacioſa locorum
 Intervalla, Marus nec fluctibus, ardor amoris
 Extingui metuit, Vatum nec ſacra facultas
 Captiva arcentis franatur carcere vincli.
 Ut mihi conſului timido, nullumque pudoris
 Dedecus offendi; dixi, quid templa puella
 Supplicibus Votis, ignotus adire reſuſo
 Quid moror? illa gravi celebratur honore per orbem
 Grata humiles monſtrant accēſſis pectora ſenſus
 Erigit errantes, & amico pondere, juſti
 Conſilii, radios portendit lumine vultus
 In tenebris anima, divos qua flagitat ignes
 Rebus in excelsis, miro quas ore miniſtrat
 Omnibus, ergo alacri monumento, vincula ſolvam.
 Quae retinent animos, ſed quo jam carmine limen
 Virginis accedam, modulus quos flectere cantus
 Tristibus an Elegos ſpirabunt pectora plectri
 Verſiculos, molles ANNÆ languere Camœnas
 Crediderim, magnis heroica ſola puellis
 Conveniunt, dubitare neſas, Altaribus ANNÆ
 Egregios referet, temeraria illuſa triumphos.
 Si placeat, limenque petat, vultuque Sereno
 Annuat, ô ſœlix, mea ſi cognomina primis
 Admorveat labris, nimioque indulgeat œſtro
 At placet ipſe furor, nam quos non ANNA movere
 SCHVRMAN amat verſus an poſſet ſpernere Vates
 Hanc qui mirantur, velut hanc oculoſus Olympus
 Ut miraculum operis, qua ſe patefecit amantem
 Ingenii tanti, tantis quod dotibus ornat
 Quis numeraret opes humilis quibus ANNA ſuperbit
 Non ego divitias veterum quas jure parentum
 Poſſidet, extollo, quid enim ſunt mentibus illæ
 Pollice qua verſo venient ludibria ſortis
 Has habet, aſt inopi, ſibi non, doctiſque boniſque
 Pauperibus largitur, amat ſic divite dextra.

Fessos dum studiis recreat velamine sensus.
 Fundere dona Deo, macrus vel pingua membris
 Munera ferre, quid est majus, quod gloria culmen
 Iactet, at in tenebris, vult tanti querere Solis
 Lumen, & arcano magnos molimine motus
 Inspirat, quæ non tibi quaeso fanora reddit
 Christus, amore tuo, qui flagrat, inhospita tanti
 Numinis esse queas, audi SCHVRMANA quid ille
 Contulit ingenio, forsân latitantia sensit
 Munera mens humilis, vili quæ cespite terra
 Quæque tenet protiosa, facit, specularè parumper
 Dites Oceani quos tu sub pectore fluctus
 Vt ditione regis, jam nonne fateberis Orbi
 Lumina quanta micant in te, reticere favores
 Crimen erit, meliore tubâ celebrare iuvabit.
 Quàm nostrâ sed te cum casta modestia franet,
 Suscipiam, minimis, ni me tua fama fefellit
 Innumeris, aut fessa suas per itinera vires
 Perdiderit, solet hac sentire pericula virtus
 Offuscant præsens oculos, & spernitur, extra
 Si longè radios mittat dubitantia reddit
 Pectora, sed cessant tot post monumenta querela
 Suspicioque sagax certissima, vidit in orbe
 Lumina queis fulges, queis MIRA videris Olympo
 Heic ubi lata rosas, sertorum prodiga cælis
 Aurora aspergit, tua nempe ut tempora cingat
 Floribus æternis, ibi te miratur alumnam
 Phœbus, amore magis quàm ser vidus ignibus ANNÆ
 SCHVRMANNÆ, sederunt veluti mendacia magnis
 Mentibus, hæc laudes, merito quas nostrâ rependit
 Iure Minerva tibi, videat vel sentiat Orbis
 Astra quibus fulges, superantia lumine clari
 Imperium Solis, cuncta & rutilantia Cæli
 Sydera, virtuti cedunt quæ grata iuventa.
 HOC fateare precor, nunquid tu stemmate longo
 Illustres numeras Atavos, qui sanguine claro

Nobili-

Nobilitatis opes, titulos, monumenta, favores
 Congessere simul propria virtute, sagacis
 SCHVRMANÆ Gentis, patria qua fulcra labore
 Sustinuit columenque tulit, quid Nomen honoris
 Consequeretur ovans, Batarvis ea cognita rebus
 Sufficiunt, bona sunt certis peritura ruinis
 Nobilitas & opes, dominante tyrannide sortis
 Instabiles, hæc non animus, non Musa canoris
 Carminibus celebrare ardent, sed Dona, sed artes
 Ingenii, quibus es miranda mirantibus astris.
 Hoc tibi sit speculum nostro spiramine carmen
 Non quo formosa mireris imagine vultus
 Delicias, ac te per amoris acumen honores
 Fragilis hæc species, quamvis speciosa, tenelli
 Sint oculi quanquam, radii sub falce peribunt
 Mortis, & in tenebris confossum lumen abibit.
 Non te vana trahunt, aliorum pectora pro te
 Quamvis angusto aut angusto carcere frangent
 Libera mens, servire Deo tibi gloria, sicque
 Omnia que mundum spectant tu dedignaris.
 Deliciosa animo que sint, si postulat Aula,
 Talia supplicibus votis oracla dabuntur,
 Te fausto Natura dedit subsidere terris,
 Ultima præcipitis mundi per sacula, virtus
 Incaluit peritura, novas accendere flammæ
 Instituit, purum & fovisti lampadis ignem.
 Unde tulit, quarumque prior non viderat atas,
 Nempe tot arcanis, (hæc est doctrina piorum)
 Luminibus genii, Dominum cognoscere cœli
 Viribus humanis, quantum conceditur uti,
 Cognitionis apex, anima superadditus aqua,
 Nam timor exarsit, vixit reverentia legis
 Intemerata, humili flagrarunt pectore flammæ,
 Queis calida ingentis tentavit adire tribunal
 Iustitiæ Solis, sub quo tremebunda puella
 Grandia supplicibus retulit primordia votis.

Doctri-

Doctrinam Pietas genuit, qui servit Olympo
 Nunquam indoctus erit, sic virgo beata, per unguis
 Calluit angelicas arcano pectoris artes,
 Invenitque pium primo sub lumine lumen
 Ut Deus est radiosus ei, qui quatit amoris
 Ignibus accendi, sese qui maetat in ara.
 Omnibus hac imbuta fuit, qua quatit in astris
 Ipsa sacerdotum Christi devota caterva,
 Et satiata anima ingenti dogmate coeli
 Quod chorus excelsis expandit mentibus Agni,
 Addere permisit tot luminis ignibus, Orbis
 Inferiora Deus nempe hac famulantur honori
 Doctrina Angelica, pedibus qua catera calcat.
 Nil negat ipse suis, sic prudentissima virgo
 Reddere cuique suum, Themidis mandata, (conantis
 Qua breviter, effusa & confusa lege sequuntur)
 Scivit, & Imbelles tuta est audacibus armis
 Iudicibus tramitesque daret, Vox regula quippe est
 Iustitia cujus moderatur dextra bilances.
 Infinita velut numeris doctrina, sagacem.
 Postquam intellexit diuino lumine Paulum.
 Sana salutiferas cognovit Apollinis herbas
 Pelleret ut morbos vesani corporis, inde
 Mira favi, miseris ut nomine numine fautrix.
 Postea mente vigil, cali super athera scandens
 ANNA decussatos cognovit Syderis ortus
 Occasus varios vires & luminis, ingens
 Materies molis, spatio percognita certo
 Luxit, & ambages qua dant tenebrosa Dianae
 Lumina, qua speciem reddunt sub imagine vultus
 Et quaecunque ferunt astris miracula, celsum
 Non lassata gravi splendore reliquit Olympum
 Concaeva prima petens, molles ubi dextera flammis.
 Sensu, & ardores nullos, radiosque negatos
 Natura jussu cognovit in aetheris alto
 Imperio, quo cuncta manent, & cuncta moventur.

Aulas

*Aulas ventorum voluit pernicipibus alis
 Cernere, sublimes regionum virvida campos
 Lustravit, causas rerum scrutata per ipsa
 Principia, instabiles volucres, modulamina vocum
 Tot celebres edunt Domino queis cantibus hymnos.
 Natura vires avium, specie, que ciborum
 Regia deliciis vita quos mensa ministrat,
 Ex aquila ad muscas, mysteria cuncta revolvit.
 Æquoreas post Nympha velut descendit ad aulas.
 Heic ubi gemmarum causas docuere superbis
 Fornicibus concha, nihil ostrea pura negarunt
 Virginis ingenio, ni brachia pulchra tulissent
 Armillas, hinc ut monumenta referret honoris
 Obsequio fidei, meriti pro jure dedissent.
 Insuper hic mutos liquido sub marmore pisces
 Hactenus illorum nemo cognoverat iras
 Nomen, virtutes, motus, medicamina, squammas,
 Est speculata omnes, contenta liquoris honore
 Excessit, terrasque petens, hominumque Theatrum
 Ingressa est, ubi cuncta animo complexa capaci
 Vidit, & imperiis melioris cognita mundi
 Luxit, ut exoriens miranda luce Minerva
 Cuncta docens alios; ea sunt retinenda Camænis.
 Ecquis enim modus ille foret? tot pandere sacris
 Excelsi ingenii præstantia dona, tot artes
 Tot linguas quibus ANNA Dei, Regumque ministros
 Alloquitur, magnis meditando molimina rebus.
 Non eget illa tuis Hermes doctissime Divum
 Auxiliis, varios regnorum quippe lepores
 Toto divisi jam qui celebrantur in orbe
 Scit, tua nec nocuit Babylo confusio, major
 Imo fuit virtutis apex, quo mira puella
 Argumenta micant, quibus omnia pectora mundi
 Gallicus Alcides veluti per vincula lingua
 Attrahit & moderatur, & hæc monumenta probantur.
 Tot scriptis quibus ANNA nigras albasque catervas*

Austr-

*Austrorum mediis Solis, gelidosque Triones
 Primo & gaudentes Aurora lumine sinas
 Nil moror Europæ sermonibus, illa vicissim
 Calluit externos ut verum promere sensu
 Egregio, nam lingua nihil nisi porta, viarum
 Anfractus nihil est, sed pulchra palatia Regis
 Qua petimus, nostra præstant solatia menti,
 Sola tamen mortalis habet tot dona labelli
 Omnibus ut doctis vix illa indulta facultas
 Romanis, Grecis, Gallis, Batarvis, Germanis,
 Iudæis, domini Genti, tenebrisque reclusa,
 Augusto, Sacroque loqui spiramine lingua
 Innumeros quamvis ramos typus atque caracter
 Efficiant, longa sacrorum face, sed ANNA
 Sol velut atroces dissolvit lumine nimbos.
 Indicat & cæcis renuentibus atque salutem
 Divina Æterni Nati natalia Christi
 Impia Gens puram damnavit crimine Matrem
 Virgineos partus, & sancti spiritus ignes.
 At nova jam Virgo te sancta Virginis astra
 Prædicat, & scriptis Domino dictante Propheta
 Arguit, & monstrat, proh! Gens incredula solis
 Atque salutis opes ANNA exhortante recusat
 Flammarum huic pars est, huic coeli gloria certa est
 Umbra velut sequitur suffuso lumine corpus
 Sic annullantur divine Palladis artes
 Doctrinis, quibus ANNA micat sacer Angelus Orbis.
 Quid non illa facit, digitis quid amica negavit
 Natura? ingenio quid non hac prodiga Mater
 Contulit, at potius dives numeravit aristas
 Agricola, & nauta varios super æquora fluctus.
 Mirari sed dona satis, si postulat Aula
 Nympharum formosa cohors, quibus illa corruscet
 Artibus, has velim calamo mirentur agrestis.
 Dum Musa jucumbit celebrandis laudibus ANNÆ
 Nescio si fluidos superaret dextra lepores*

Tanta

Tanta potest etenim digitorum industria, majus.
 Ut sermone queat, Cælorum sydera pingens:
 Serica flammivomis attexit fila lapillis
 Caruleo in panno, tuque hic elementa videres
 Ludere Natura jussu dum cuncta ministrant
 Tempestate suâ glaciem floresque per hortos
 Flora videre putat decepta coloribus artis
 Pampineos Bacchus vinoso mense racemos
 Vendicat, ut Pomona graves ad fercula fructus.
 Alta frondosas si pinxerit arboris umbras
 Decipientur aves, levis at fallacia, fallit
 ANNA oculos hominum, pictoribus illa ministrat
 Quid retegant tabula, sed picta sparia sensus
 Ingeniique aciem rerum sub imagine vincunt
 Ardua confusa illudunt conamina dextra.
 Angelica ut celebri contingit musica vati
 ANNA suis etiam devotis vocibus aula
 Scit superare choros, dulci modulamine cantus.
 At vox ipsa nihil, spiramina Cordis Olympi
 Excipiunt aures, atque ignibus athera fundunt
 Organa cuncta canis vocis famulantur honori
 Pectoribus, cordaque canunt quod corda rependunt
 Nil vulgare sonat, carnis vel molle voluptas
 Auribus obtrudit, solitis sed sancta trophæis
 Attrahit angelicas è cœli culmine turmas
 Empireos sacris jungant ut cantibus hymnos.
 Credo equidem, divina phalanx letatur amore
 Humani quando rapiuntur ad athera sensus
 Cantibus atque animis, cogunt descendere cœlo
 Contrita pro mente Deum qui cordibus hæret.
 Intima si puris responderet Musica votis.
 Hoc opus est ANNÆ cœlo qua sola reducit
 Astraam, comitesque alias queis splendida virtus
 Sensibus in justorum hominum immortalibus ades
 Consecrat & tantum pietatis sæcula spirat.
 Talibus ô justas utinam retinere propheta


Possent


Possent censuras morum, quibus horrida mundi
 Tempestas, cælo ne sit meliore serena
 Splendere in radius domini qui lege coruscant,
 Suscitât ANNA Sacros solenni voce prophetas,
 Sustinet aut potius divini muneris ingens
 Officium. scriptis dum pessima corda coerces.
 Forsitan effusi confictas carminis artes
 Lector habere putas, ANNAM fortasse recusas
 Attento mirari animo, qua numine Musas
 Antea, & falsa major virtute Minerva:
 Non decimam dicam musis regnare sororem
 ANNA cœlesti longe luxere minores
 Hanc & Apollo Deus plectro celebraret amico
 Futilis est ea laus, Ancilla est optima Christi
 Qui fovet hanc, illique favet, sub nominis umbris
 HYMANA & MIRA hic NASCAR, miracula patefcunt.


Obsequentis. & humillimus

EVURTIVS JOLLYVET.

FINIS.







472 0909

le

2.10-

Le